DE NOLA

Opusculum.
Distinctum
Plenum
Clarum
Doctum
Pulcrum
Verum
Graue
Varium &
Vtile.

AMBROSII.LEONIS.IN.LIBELLOS.DE.NOLA. PATRIA.AD.ENRICVM.VR SINVM.PRINCIPEM.IV STISSIMVM.

PRAEFATIO.

OMNES homines Entice Princeps uehementer optant:mirificeq; nitũtur: ut patriam:tã ope ſumma iuuẽt:q̃ omni officio:ueneratione:ac pietate proſequantur.Cari nãq; ſunt filii:cari parentes: cari quinetiam: atq; nihilominus amici: omnium tamen patria una longe cariſſima eſt. Nõ ſolũ enim patria parentum eſſe parens: atq; munera:quæ a parentibus ꝓficiſcuntur :omnia contuliſſe uidetur: uerum etiam complura nobis alia cõperitur præſtitiſſe.ueluti ſolem:æthera:humum:oratiõem :documenta:mores:nomen:ſocietates:domos:atq; alimenta.Q uibus muneribus ſimul ſe benignam atq; ſuauem oſtendit:ſimul etiam nos uſq; adeo ſecum coniunxit:ut ſiquid facto dictoue ſiue alii ſiue nos fuerimus de ea benemerentes:id omne æque ac nobis ipſis acceſſerit:exiſtimemus : atq; ſummopere gaudeamus.Eamobrem combuſtã dirutamq; a Gallis Romã Fu.Camillus ardẽti aĩo:cura:ſolicitudine ab iteritu uẽdicauit: inſtaurauit:adauxit. Alfonſus itẽ Rex Aragoneus ſecundus Enrici aui tui fr̃ Parthenopen patriã: q̃ iãpridẽ apta ꝓpe:atq; anguſta fuerat: tũ plurimũ amplificauit : tũ mœnibus q̃ præſtãtiſſimis circundedit.Athenas quoq; alioquin inter urbes illuſtris facile clariſſimas: Iſocratem ac Ariſtidem iter primos laudibus magnis iuuit extollere .idq; dicatis Panathenaicis oratõnibus luculentiſſimis.Innumeri quinetiam cõperti ſunt uiri:qui ſe corporaque pro uallo auſi ſunt hoſtibus obiicere : eligentes mortem cũ uita commutare potius: q̃ ſinere patriam uinci:aut uaſtari:aut lædi. Alii inſuper aliter operam egregiam nauauere pro patria: quos recẽſe-

re:opus foret imme͂ſum. Ipſe uero patriam quoq; ſtudio proſecuturus:
ut horum omnium benefaciendi cupiditatem uideor imitari:ita modo
quodã ſum diſpar munere ipſo reddendo. Illi enim patriã opere magno
redintegrauere:uel effecere maiorem. ipſe imagine atq; aſpectus ꝓprii
ſimilitudie tãta ꝑduxi in mediũ adiutus opera Hieronymi Moceti pi-
ctoris :ut oculis oĩum atq; ubiq; terraꝝ ꝑq̃ facile poſſit eſſe cõſpicua.
Q uinẽt illi patriã cõcinne affatimq; laudauerũt:ac euexerunt ad aſtra.
ipſe cõtra copia dicendi ſepoſita: relictiſq; floribus & orationum leno-
ciniis ſola ſum hiſtoriæ ſimplicitate complexus.Imagine nãq; pura:atq;
hiſtoria defæcata in hoc opuſculo decreui patriam uenerari. Imaginis
enim uis atq; actio diuina nimirum eſt:quippe quæ ueram ſuamq; rei cu
iuſq; faciem agit & offert:atq; abſentem tam exacte præſentem oſtendit:
ac ſi foret in conſpectu.In hiſtoria uero non ipſa res ſolum uniuerſa:& ui
res ipſius & mores:& honor:& dignitas:& geſta lucent:uerum etiã eius
ineſſe comperitur promiſſio magna quædam æternitatis. Videor quin-
immo interim operæ prætium facturus tam ciuibus Nolanis:q̃ homini
bus exteris.hi enim nomen Nola audientes in quadam inani fictaq; co-
gitatione tanquam inſomnio uagantur.ſpectantes uero hæc noſtra: ur-
bem ſitumq; eius atq; plurima alia:quæ ſunt cognitione digna: æque ac
ſi præſentia forent:infallaci certaq; deprehenſione nouiſſe ualebunt.Ci-
ues uero:qui hac tempeſtate ſunt:præſertim qui non multa callẽt:ut ho
diernam tuentur:ita ueterem Nolam perſentiſcere nequeunt:etiam ſi no
men & geſta multa urbis audiant:ſimulatq; hæc ipſa:quæ nũc edidimus:
didicerint: antiqua cum præſentibus coniungentes:rem integram exqui
ſite norint.Poſteris uero ciuibus non modo utilitas memorata prouene
rit:ſed etiam præſentem urbem luculenter deſcriptam capient a nobis:
quam nos ne tenebricoſo quidẽ uerbo ſignificatam ab aliquo eorum : q
ante nos fuere:accæpimus.Illo quoq; poſteri Nolani iuuabuntur:ſiqui-
dem cernere poterunt:quo pacto cum iis : qui nunc ſunt in urbe:ſe ha-
beãt:ut noui aut r̃ecepticii ne & excollecta illuuie ciues:an idigenæ ſint.
ac ex obſcuris ne ad claras familias ſurrexerint:an ab optimatum gene-
re ad ignobiles abiectoſque degenerarint. Et præſentis urbis tam figu-
ram q̃ uires ac morum ordines:item tam urbanica q̃ agreſtia conferre q̃
facillime poterunt cum eis:quæ ſuæ cuiuſq; tempeſtatis fuerint: num ea
dem ipſa manſerint:an deleta mutataue tũ extiterint.Non enim eſſe ſo-
let idem rerum uultus hoc atq; altero curriculo temporis. Vtriſq; præ-
terea plurimum conducet hæc tractatio. æſtimantes enim ſeſe atq; pa-
triæ dignitatem:liberiore ſane animo conſuetudinem iniuerint cum ex-
ternis.conſcientia enim obſcuræ patriæ magno impedimento loquendi
libertati eſſe uidetur.Contra uero externi homĩes:qum Nolam nõ igno
rarint magnam dignamq;:ac illius antiquæ auitæq; uirtutis prolem ac

hæredem extare:ut ratione locoq; maiore excipiant: ac habeant Nola-
nos:fas est:animum inducant.in urbe enim digna æque ciues egregie li-
bereq; educari:ac emendatis moribus & præceptis institui:reputantur.
Indubitatum etiam est:nobilitatem patriæ q̃ maximam fore ciuibus de-
hortationem atq; cohortationem.Q ui enim antiquam patriæ dignita-
tem honoremq; agendis in rebus animo seruant: ii tam turpia & patriæ
indecora patrare perhorrescunt:quam ad honesta gerenda ac suis digna
municipibus accendũtur. Verumenimuero magnanime Princeps q; ab
auis atauisq; tantæ urbis imperium suscæpisti:quodq; urbs ciuitasq; ip-
sa ob singulares ac regias uirtutes tuas itenta erga te est:teque amat atq;
colit:nefas est:ut urbis imago hæc:quã modo descripsimus: uel alioꝝ sit:
uel aliter quã urbs ipa se gerat.Proide eã cape uel ut tuã:uel ut tibi nũcu
patã a nobis.pq; Nola una:duas habe:alterã:q̃ regas:alterã : quã legas.
Diuisum autem opusculum est in libellos tris.in quorum po-
stremo præsentis urbis ac nostri temporis ciues eorũq;
mores & consuetudines explicantur.In secũdo
uero ager atq; ea:quæ ad structurã p̃-
sentis urbis spectant:continent̃.At
in primo de eis:q̃ ad urbẽ anti
quã referuntur: disputat̃.
qui ab agro hoc pa-
cto auspicium
sumpsit.




ARCTVS
SAMNITES·POPVLI
CANCELLI
ABELLA
MONS
ABEL
LA MONS
ROCCA
ABELLA·OPP
TICI
ANVM·OP
MEPHITIS
PA LV DES
AGER
RIVVLVS·ABELLANVS
BOVIANVM·OP
HIRPINI·PO PVLI
CASVS
CLANIVS·F
SE SSVLA
PALVDES
COLL VESCA
VESCIANVM OP
NOLA
COLLES
GECALA OP
GECALAE
LAGYNOS
NO
LAVRINIVM OP
CAMPANIAE PARS·ORIENTALIS
ACERRAE
T·MARCIANI
LA
NVS
TVS
PALMA OP
SARNVS MONS
MARIANVM OP
POMPEIANVM·OP
VESVVIVS
SARNVM OPP
SARNVS
OC
SEBETVS F
CAMPVS ROMAN VS
PA LVS·NEA POL
PALAEP LI
RIVVS
HERCVLANEVM OP
STABIAE
NVNCIATAE
POMPEII·OP
SCAPHATI
OR
NVCERIA
AGRI·OP
GAVRVS·MOMS
PAVSILIPVS·MONS
SINVS SVRENTINVS
CASTEL AD MARE
AVSTER
HIE·MOCE
SVRENTVM

DE. AGRO. NOLANO. DE. Q VE. MONTIBVS. VESVVIO. ET. ABELLA. CAETERIS. Q VE. AGRI. LIMITIBVS. CA. I.

NOLANVS Ager in extremo: ac orientali recessu Campaniæ patet. atq; a meridie Vesuuio monte clauditur: Gauranosq; colles prospectat. contra ab arcto sepitur Abella mõte. Q uinetiã ab ortu mõte Sarno: ac Gecalæ: Vescianiq; collibus terminatur. At uero ab occasu campi: planiciesq; sunt dũtaxat: quæ usq; ad Vulturni hostia: mareq; Tyrrhenũ æquo solo porrigunt̃. in q̃bus Clanius fluuius de trãsuerso ĩcurrẽs: se tanq̃ agri Nolani terminũ statuit occidentalẽ. Idẽ ager habet ab ortu Hirpinos populos cõfines: a q̃bus ꝑ interiectos colles Vescianos: Gecalanosq; discriminant̃ Cãpani. ab arcto uero Samnitibus hæret: quos a Cãpania mons Abella disiũgit. Eo situ q̃nẽt sub Abella: Vesuuioq; Nolanus iacet ager: ut sicuti Nolani coloni prospiciũt occidẽtẽ solẽ hybernũ in sinistro Vesuuii cornu: ita æstiuũ in dextro cornu Abellæ occidere uideãt. Sũt aũt Vesuuius atq; Abella celsitudine: ac mole fere pares. lõgitudine uero multo supior euasit mõs Abella. Q uinẽt quo magnæ cõflagratiões: ac uasta ĩcẽdia effecerũt Vesuuiũ celebriorẽ: eo Abella quasi frigescens iacuit obscurior. nõ. n. ẽ aliquo p̄cellenti redimitus bono: neq;: ut ille: insigni malo ĩfamatus. q̃uis iniuriis q̃busdã etipse afficiat accolas. quarũ una est hæc. Nã a radicibus dextri cornus: qua spectat agrũ nostrũ aquæ sulfure putẽtes emanãt. unde ab earũ putore nomen loco inditũ est. Mephitim. n. appellant. haud itẽ procul a Mephiti sunt fontes Clanii fluuii: qui de eisdem radicibus erũpentes totos fere cãpos eos: quos Nola ab occasu p̄sertim æstiuo spectat: ĩplẽt adeo: ut parte maxima paludes iã effectæ sint. Q uãobrẽ Sessulã celebre quõdã oppidũ Clanio uicinã: reliquerũt Sessulani. cuius uestigia q̃dã murorũ: fanorũq; sola nũc appẽt. a sinistro uero cornu eiusdẽ Abellæ nõ puus solet exoriri pauor. siq̃dẽ ab eius iugis subitus torrẽs uł aere sereno defluere: atq; fluẽdo diuellere arbores ĩgẽtes ĩnũerasq;: ipsasq; diuulsas atq; ẽt saxa maxia de mõte abscissa deuoluere: sæpe uisus ẽ. In quo ni q̃si a natura uł potius adeo cautũ eẽt: q ad eas mõtis radices colliculos quosdã obiecit: ut in uallẽ primũ torrẽtes ĩfluerẽt: ꝑfecto usq; ad Vesuuiũ ꝓfusi & arboreta: & pagos: & oppida: ac Nolã ipsã obruissẽt. Q uãobrẽ torrẽtes corruẽdo in eã uallẽ: infringunt̃: atq; a cãpo Nolano diuertũt̃: ꝑq; eã rapti secũdũ mõtẽ occasũ uersus (Abella. n. ab ortu æstiuo ad æstiuũ occasum recta porrigit̃) fluere cogunt̃. Neq; iterea mites: sed euellentes quoq; & arbores: & cæmẽta quotcũq; ꝑ uallẽ occurrerit.

demum mitiore raptu cursuq; ĩ paludes: quæ sub altero cornu stagnãt: recepti delitescunt. Nostra tempestate torrens is semel erupit magno cũ murmure:atq; rerum strage. rapuit aliquot ædes: quæ erãt prope alueum:quẽ uallis facit. fluxit maximus nocte atq; die. nanq; nocte media prorupit. uastitas enim sua:& uallis obliquitas:atque complicata terra: & saxa:& ligna cum aquis:cursum tardabant:ne cunctus:ut una hora in uallem cecidit:ita totus hora una transiret. Quamobrem deinde triduo magnus uiguit:atq; per aliquot dies decrescens desiuit. reliquit in alueo saxa q̃ plurima:& arborum truncos innumeros ac maximos:qui uidentem in stuporem inducebant. Vesuuius autem quo inferior est ĩ profundendo torrentes:nam aliquot & ipse demittit tum solummodo:qum nimiæ in eum pluuiæ turbinantur:qui nec moles illas Abellanas trahunt: neq; ingentium arborum strages rapiunt:atq; plurimum a sinistro cornu montis non uersus urbem Nolam:sed in hybernum occasum defluunt. Nanq; Vesuuius ab occasu hyberno ad hybernum ortum aliquanto ꝓtensus extat. Eo ueluti contraria rerum conditione compensata infestior fuit copiosa cinerum eructatione:ac miris incendiis:quibus sæpe tota uicina Vesuuio ora iugo fœdata combustaq; est. unde magna scribentibus materia orta drataq; est. De eis nãq; Vesuuii mirandis iniuriis plæriq; uiri illustres tum Græci tum latini scripsere. Quorum Dio tanq̃ pro cæteris scribens:meminit hoc pacto. In Campania horrẽda quædam:atq; miranda forte uisa sunt. ingens enim ignis auctumno tempore de repente exarsit. Vesuuius enim mons mari iminens:prope Neapolim extat. Fontesq; habet perennes. Is uero quondam simili undiq; cliuo exurgebat in uerticem:a cuius medio cacumine ignis erupit. hac enim parte solũmodo incensus est. partes uero externæ:atq; iuga:ut igne fuere uacantia:ita nunc etiam uacant. Montis igitur iuga:qum semper absq; igne fuerint: mediæ uero partes cõbustæ; ac in cinerem uersæ:factum est: ut cacumina undiq; antiquã altitudinem ad hoc tempus seruarint. At uero quodcũq; igne correptũ consumptumq; est:id tempore longo cauũ euasit desidente semper materia ita:ut mons totus (ut parua magnis cõparemus) similis theatro uenatorio uideatᷣ. Eiusq; extrema & arboribus & uitibus abundãtia sunt:circus uero igne consumitur. atq; iterdiu fumũ efflat: nocte uero flammas usq; adeo:ut in eo multa uideantur ac uaria suffimenta tractari. efflatus autem eiusmodi semper efficitur: q̃q̃ iterdum maior: interdum minor. Sæpenumero uero cineres eiicit. atq; ubi quicquã uniuersum cohæserit: tum lapides reiectat. Siquando uero uis aliqua uenti coegerit:murmurat: atq; reboat perinde:ac si non arctas:sed laxas: profundasq; respirationes haberet. talis ẽ Vesuuius. atq; hæc ipsa spectacula ĩ eo frequẽtissime quotãnis ꝓducũtᷣ. Verũtñ:q̃ aliis tp̃ibus apparuere:& si ĩgẽtia uisa sint iis:quoꝝ quisq; sua tẽpestate spectauit:comparata tamẽ

cum eis:quæ auctumno memorato uisa sunt: per q̃ parua proculdubio habita fuerint:etiam si omnia ueluti in unum collata simul erupissent.& paulo iferius secutus Dio ait.Cinis immensus proflatus est: qui terram: mare:aeremq; omnem occupauit:multosque perdidit homines:& armẽta:& agros:ubi sua quenq; fata pati:acciderat.Pisces quinetiam & aues omnes interemit. oppida tota præterea duo Herculaneum & Pompeios etiam populo in Theatro eorum sedente operuit.Et tanta fuit Cineris magnitudo: ut ab ea regione facile penetrarit in aphricam: Syriam: & Aegyptum.transuecta quoq; est adusq; Romam: aeremq; illic omnẽ repleuit: solemq; abscondidit.Fuere hæc magna incendia:quæ Dio scripsit sub imperio Titi:quibus plinius suffocatus etiam est ad Stabias.De cuius obitu scribens ad Tacitum Plinius Nepos:etiam mirãda refert de eadem Vesuuii conflagratione.Ea uero quæ alii super hac re scripserũt: reliquimus.tum quia cum Dione consentiunt: Tum etiam q; omnibus sunt notissima.Nostra uero tempestate id ostendit Vesuuii caminus.Triduo enim aerem teterrimum uidimus usq; adeo:ut cuncti mirantes cõpa uescere cæperint.deinde ubi deferbuit æstus: qui materiam extollendo omnia texerat:pluuit cinere furfuso q̃ plurimo:quo cuncta ueluti niue tenui obruta uidebantur.Neq; ignis illic extinctus adhuc prorsus est. in uertice enim montis eius loca multa excauantur in rupis: ut uaporaria fiant.quo plæriq; male ualentes Augusto mense ascendunt:ut per desudationes nimias solutis exuctisq; articulorum humoribus curentur.quẽ locum Veuium per eu:diphthongum:& i consonantem dictione facta dyssillaba uocant:debẽtes Vesuuium proferre. Differũt quinetiam Vesuuius & Abella.is enim habet marmora atq; lapides albos.Vesuuii uero saxa omnia nigra sunt.Quinetiã hic niues nullas usq̃ tolerat:nisi paucas atq; tum:qum hyems sæuissima est. Abella uero statim tempore ab octobre & Vergiliarum occasu canescere niuibus icipit.atq; per ualles niuem altam excipit:eamq; perpetuam seruat.qua uti solebat in mensis æstiuis Ferdinãdus Aragoneus Neapolitanorum rex primus:matris tuæ Auus. Vesuuius item undiq; aridus siccusq; ẽ:exceptis paucis(ut q dam opinãtur)laticibus:qui sub extremis radicibus leui cornus fundũt uersus agrum Neapolitanum.Quorum pars p subterraneum aquæductũ puteis passim sup eo factis distinctũ excepta:coactaq; prope Pausilipi montis radices:Neapolim usq; deducitur:ac uicatim diffunditur per urbem.idq; per altos ad id factos cuniculos.Quamobrem fontes & puteos passim in urbe gignit.cui flumini nomen est Sebetus.Pars uero altera soluta riuulum detectum quendam producit:qui loco inferiore quã Sebeti aquæductus est: defluit.uerumtamen tanquam illius aquæductus curriculi socia procedens(ab hoc.n.ille parũ abest)trecẽtisq; passibus citra Neapolim:mare tranquille fluens ingreditur.Sunt qui arbi-

trantur:eos latices:Sebetum ue non a Vesuuii conca:sed de paludibus: quæ sub Abella cōgerūtur:exortos esse.Palus enim & si stagnat: suapte tñ natura aditus quæribūda est. Q uamobrem per subterraneas inanitates secus Vesuuii radices creditur penetrasse:quousq; illic detecta:ac i riuos coacta est.Non enim Sebetus tātus esse posset:nec adeo perenis: ni a fœcunda palude:ueluti ab ubere pleno proflueret nutritus. Eadem ratiōe cēsent:paludes Neapolitanas a palude Abellana Sessulanaue genitas & alitas esse.Hæc enim mare idagans per profundiora loca:q̄ quibus Sebeti latices scatent:descēdit:prorumpitque i agrū Neapolitanū: qui uergit ad arctum ac æstiuum ortum.demum cum riuulo detecto: q dictus est:confluens: in mare eodem alueo deuoluitur.Ad hæc riuulus continue fluens prope Herculaneum apparet:atq; per eam Vesuuii orā australem aliquot scaturigines erumpūt.Q uarum aquarum parens nō ipse mons est.sed campi tractus:qui inter maris oram atq; mōtis radices interiectus est.is enim nniuersas pluuias colligens tum suas:tum a iugis descendentes:ac in imo imbibitas seruans:in riuulum scaturiginesq; eas digessit. Et hi soli possunt esse fontes perennes:quos Vesuuium profundere:paulo supius Dio memorauit.Abella uero nō modo Clanium parit:sed etiam plærosq; magnos alios fontes prope Clanium:eos que non adeo superiores:ut de alto colle ac uallibus caderent.Nā sub radicibus scatent.quibus plurimum perpetuumq; paludes:quæ sub eo sunt:augescunt.A leuo quoq; Cornu riuulos plures demittit.quorum unus cæteris maior per extremum agrum Nolanum: qua uergit ad arctum:hyberno uernoq; duntaxat tempore adusq; paludes fluens pertendit.Eodē modo de eis iugis Abellæ: quæ spectant septētriones:riuuli crebriores i Sānitium agros profunduntur. Vesuuius insuper uentos nullos generat. Abella Aquilonē ingentem.qui cum boatu tam magno & murmure spirat:ut pauorem interdum incutiat audientibus.idque a sinistro orientalique cornu.Idem quinimmo adeo sæuit: ac æstuare solet:ut tecta detrudat.arboretaque tum frangat:tum diuellat præsertim ea: quæ ad radices montis adiacent.Q uamobrem Abellani:& eorum locorum accolæ saxis iniectis tegulas tecto sistunt aduersus impetum & uim uenti. Vites item inferunt:quæ Augusto mense præquoquār:ut pridie exortum uenti uindemiam colligant.Nanq; si priusquam uindemiam faciant:cæperit flare uentus:omnes fructus etiam:non modo uuas concutiēdo destruit. proinde ea uitis ab incolis Ingannauentum appellata est.q; præcocitate sua uindemiā præstans tempestiuiorem:uidetur uentum decipere.ingannare.n.decipere est.Solet etiam frigidissimus atq; nimius flare.interdum .n.uel.x.uel.xii.uel etiam.xv.dies perpetuus flat.a qua re oppido:quod i tra montem:ac in eo sinistro cornu extructum est: nomen factum esse uidetur a priscis illis Græcis:qui loca ea primum incoluere.ἄλλα enī dicta

est aut a uenti uertigine: aut ab eius nimietate: quorum utramque ἄμμα. Græci uocant. atq; earum utraq; tum i eo cornu: tũ uel maxime sub oppido ipo uiget. posteri uero ac latini hoies. b. lrãm inter uocales isferẽtes de aella fecerũt Abella. q̃ uox usu seruata ẽ. atq; ab oppido eo nomẽ idẽ monti inditum ẽ. Vesuuius uero unde nam nomen sortitus sit: monstrabitur inferius. Vesuuius quoq; uina optima: & fructus pulcherrimos gignit. Abella iu hisce utrisq; ineptus ẽ. Et Vesuuius cicadas nescit. Abella uero plurimas pducit & alit. hoc itaq; pacto se hñt Vesuuius atq; Abella: qui e regione alter ab austro abella ab arcto se spectant: nouem fere milibus passuum uterq; ab altero distantes. Colles aũt Gecalæ & Vescia ni: qui placide ab oriente exurgunt: nihil horum malorum pariunt mortalibus. Verumtamen non usque quaque nota carent. Plures enim conualles a tergo quaque ad Hirpinos uergunt: faciunt: quæ pluuias niuesque omnes congregant: atq; in imum paulatim exorbent. illa uero loca q; arenosa pumicosaq; sunt nõ eretacea: etiam in imis colliũ sedibus aquã collectam sustinere nequeunt. proinde quæ pluuiæ per totam hyemem in eis uallibus igurgitant: eædem per campos Nolanos circiter. xv. cubitos subterraneæ ac uersus occasum ad paludes usq; penetrãt. idq; Februario Martio atq; Aprili. Vnde putei omnes urbis: ac meridionalis præsertim regionis altiores tum aquas continent atq; dulciores. quod Nolani sentientes aiunt: aquas filiare. quasi ut equm equs: ita filias aquas aqua pareret. interdum uero qum q; pluuiæ maiores crebrioresq; sunt: aqua cãpos superat: præsertim eos: qui depressiores habent sedes: atq; fluẽta plurima paulatim diriguntur uersus occasus item & paludes. Quæ uero stagnant: atq; in lacunis manent: ex æstate accedente putrescunt: atque aerem uiciant: morbosq; afferunt grauissimos. Sicuti tempestate nostra cõtigit. Vidimus enim multos campos aqua obrutos: ut lacus altos amplosq; crederes. & flumina plura a Februario adusq; Augustum cõtinue defluentia. multos insup fontes sub radicibus Gecalæ collis exortos: qui lacus & fluenta producebant: ac augebant facta. In quis pisces lacustres: & cancri: & ranæ: & anguillæ pluraq; alia id genus animalia ingenita sũt. Iulio uero febris inuasit omnes incolas: a qua per pauci euasere. In urbe Nola & pagis Nolanis ad octo milia hominum capita ea æstate iteriere. fiũt eiusmodi illuuiones non per omnes campos: sed per mensulã solam quãdam: quæ a radicibus Gecalæ icæpta usq; ad paludes protẽditur: media uero uersus Vesuuium parum recuruatur. Huius mensulæ latitudo est ad trecentos passus. obnoxia his malis sola ea mensula est. q; eius tractus cætero campo pauxillo humilior ac depressior iacet. Neq; crebræ prorumpũt eiusmodi uastæ illuuiones: sed rarissimæ: tanq̃ maxima etiã mala quo ad fieri pōt: ppelleret aut differret ipsa natura. audiuimus. n. a senioribus septuagesimo anno eas iterum erupisse: atq; secutã eẽ pestilẽ

tiam:ac interitum plurimorum hominum.Hoc itaq; pacto se habent ea: quæ ueluti senticosæ sepes Nolanũ agrum concludunt.Ager autem ip-se caret flumine omne genus atq; riuulo & fonte.Solus unus riuulus(ut dictum est)secundum Nolanũ campum a sinistro cornu Abellæ defluit hyberno uernoq; tẽpore:æstate uero arescit adeo:ut uix in suprema ual-le atq; etiam tenuissimus inueniatur.Q uinetiam extant uestigia quædã parui aquæductus in ea uia:quæ Laurinium fert.Est autem Lauriniũ op pidum in ima ualle extructum:ab ortu uerno sex milibus passuum ab ur be Nola distans.in qua ualle tenues quidam riuuli scatent.hoꝝ igitur ali quis eo aquæductu ad uoluptatem ornatũq; potius q̃ ad usum in urbem Nolã inductus esse uidetur.Cãpus itẽ Nolanus æquabilis est: I quo pu tei tum si mediocriter:tum si altius descenderint:facile ubiq; locorum fo diuntur.aqua uero eorum optima est. ea sola Nolani in quauis necessita te abunde sũmaq; cũ commoditate utuntur. Bonitatem magnam aquæ huius cum ex aliis signis:tum ex pane ea ipsa confecto iudicauere. idem .n.pistores ex eadem farina & Neapoli & Capuæ & Sarni atq; complu ribus locis panẽ edidere:sed eo:quẽ Nolæ pinserãt:longe inferiorẽ.Pãis .n.Nolanus pulpa:candore:sapore:leuitate cæteros lõge antecellit.quã obrẽ in Italia orbeq; toto laudatissimus habetur.

De feracitate & gratiis Nolani agri.Deq; Vergiliano Carmine. Vicina Veseuo ora iugo:atq; altero carmine:despectant mœnia Abellæ:& eo-rum interpretatione. Cap. ii.

QVantum Nolanus Ager multis montium ipsum sepien tium iniuriis uidetur affectus:tantum suapte amænita-te atq; bonitate præcellit:ut dicere recte posses:eo pa cto illum habere se cum ambientibus asperis mõtibus: quo suauissima rosa florens inter molestissimos uepres. aut nucleus mollis intra cortices duriores inclusus.Ne q; mirum.Solet .n.natura conditionum optima distributrix res multo di gniores præstãtioresq; in eis : quæ per q̃ noxia ac deteriora sunt:tum ap te inserere:tum occultare prudenter. Nullam enim eius agri partem are na sterilem effecit:aut saxa:aut tophi inutilem reddunt. uacat enim are-na saxisq; prorsus Nolanus ager.Tophus uero altissimus duntaxat unus inuentus est:ac in eo agri angulo:qui ad ortum æstiuum excurrit.Verũ-tamen is nõ extat extuberat ue usq; adeo:ut uerruculas aliquas supra so lum exertet.Siquidem infra pressus dorsum æquum cæteris campis præ stattatq; terrenum:quod nihilominus facile uomere scenditur : ac ferax est.idem uero nomen pago dedit.quod Tophinum appellatur.In hoc item loco tophoq; lapidicinæ altæ fiunt in usum uniuersæ fabricæ No-lanorum.Carens ergo arena is ager & saxis tophisq; manet uidelicet to

tus mollis:insulsus:ac pinguis:totus herbidus:ac uomere uel alte descen dente perq̃ facile proscissilis.res grata colonis:bobus gratissima. Est insu per totus apricus.omnes enĩ eius sinus secessus ue meridiẽ spectãt:aptiq; sũt ab occasu.unde fauonios oẽs fructuum ac segetis altores excipiunt. palustres uero nebulæ:q̃q̃ suapte natura mites sunt:semper tamen ab au ris moderate repelluntur:tenuanturq;:quæ exurgunt a uallibus & Abel læ & Gecalæ.humor quinimo palustris ab ariditate radicũ montiũ circũ iacentiũ tẽperatur.& genuina suaq; terræ siccitas ob magnũ paludis dul cẽq; succum furtim continueq; subeuntẽ lentescit ac madet.Q uinẽt rigo res aquilonios arcticosq; mollit maris tepor. Nolanus enĩ ager sedibus solis Vesuuii montis distat a mari.Contra uero feruorem australem non etiam patit̃ ager.Vesuuius.n.illi obiectus intercipit:ac auertit.auræ qn etiam Abellanæ assidue æstate spirantes ueluti Etesiæ:eundem per q̃ fa cile molliunt:atq; tẽperãt.Q uãobrẽ mediocritate quadã ingenium uisq; agri constitit:quæ stirpibus amicissima est:atq; tanq̃ certa parens præpa ratur.Hinc eius feracitas fæcunditasq; ampla ꝓmittit̃:atq; uis potentissi ma ad omnia stirpiũ genera ferenda.omnia.n.q̃ facillime in agro nostro ueniunt.ut laurus:ut cupssus:ut pinus:ut quercus:ut castanea:ut olea:ut uites ut citreoꝝ:& fructuum arbores omne genus.sic frutices:sic hærbæ cũctæ.Q uid triticũ:hordeũ:semen:auena:siligo:quod germanũ nũc uo cant Campani:item miliũ:pannicum:ac leguminũ omnia genera saneq̃ i eo agro luxuriare:comperiunt̃.Plærosq; agros passim nãcisceris: qui ob quasdam stirpes:quæ in eis optimæ fiũt:felices existimant̃.ad alias uero alendas ineptissimi offendunt̃.Ager uero contra Nolanus omnes quas- uis plantas optime alere posse comperit̃.Antonellus Campobassius de Pelignis multa croci semina Nolam aduexit:eaq; in agri parte: quem ad paludes possidebat:conseuit.de quibus crocus optimus atq; abũde col lectus est.In hortis quoq; Pacelli Claramontii palma orta est:quæ ad al titudinẽ turris iã excreuit.quæ caryotas:siue palmulas:ut Celso placet: dicas:quotannis fert ad quãtitatẽ naturalẽ:coloreq; citreoꝝ:atq; paulo ci tra maturitatem concoquit.quos fructus etiã dactylos uocant. Item pi- per solo cæloq; dũtaxat Arabico gaudens:Nolæ aliquando satũ germi- nauit.excreuitq; aliquantũ.Ipse in hortis siliquam: quã casiam fistularẽ appellant:seui:quæ per pulcre germinauit:ac ad magnã altitudinẽ excre uit.Illud quinetiã soli nostri magnam ac omnipotentẽ uim arguit. siquã do idem ager eodẽ tempore uicẽ gerit arboreti atq; arui.consitus.n. po- pulis:& ulmis:& quercibus:atq; hisce uitibus iunctis:item malis : pyris: sorbis:cæterisq; eius generis:fructus quidem alto in hisce arboribus plu rimos atq; pulcherrimos fert:in solo uero sub eisdem arboribus patente: si facta sit sementis:frumentum omne genus abunde producit.idq; quot annis:nedum tertio quartoue quoq; anno.His:quæ diximus:etiam testis

egregius ē Vergilius Maro.optimum.n.agrum exemplo monſtraturus:
hunc Nolanum interprimos cecinit hiſce uerſibus.
Quæ tenuem exhalat nebulam:fumoſq; uolucres:
Et bibit humorem:& qum uult ex ſe ipſa remittit.
Quæq; ſuo uiridi ſemper ſe gramine ueſtit.
Nec ſcabie & ſalſa lædit rubigine ferrum.
Illa tibi lætis intexet uitibus ulmos.
Illa ferax oleæ eſt:illam experiere colendo
Et facilem pecori :& pacientem uomeris unci.
Talem Diues arat Capua:& uicina Veſeuo
Ora iugo:& uacuis Clanius non æqus Acerris.

In quo.A.Gellius ait a poeta mutatū fuiſſe uerbū:& ꝓ Nola ſcriptū eſſe Ora.uel ob negatū a Nolanis beneficiū petitæ aquæ:uel: qđ ipſi potius placet:ob ſuauitatē cōcurſus uocaliū finiētis carminis atq; icipiētis alterius.Verūenimuero illud:qđ prius refert Gellius: hoīs ē prorſus nugas cōmētātis. eiuſq; q nuſq̄ agrū Nolanū nouit uiſit ue.Ait Gellius ſe legiſſe in quodā cōmētario:Vergiliū petiiſſe a Nolanis aquā:ut duceret in ꝓpinqū rus.Nolanos beneficiū petitū nō feciſſe.poetā offenſum nomē urbis eoꝝ q̄ſi ex hoīum memoria:ſic ex carmine ſuo deraſiſſe.oraq; ꝓ Nola mutaſſe:atq; ita reliqſſe ſcriptū.Et uicina Veſeuo ora iugo. Ego uero uelim diceret ille uir optimus:qcūq; fuit.Quā nā aquā ducēdā in ruſculū ſuū petierit Maro? qum nulla alia eēt ducēda:niſi Abellana: aut illa:quæ aquæductus eſt a Laurinio ueniētis.Abellana nō eſſet negata.quādoqdē uſq; ad hæc tēpora uulgaris ē:cōiſq; oībus uillis:ruribus:ac pagis:q illi ꝓpinq ſunt.qſq;.n.(ut lubet)ducto riuulo in agrū: in hortos : in ciſternas deriuat aquā.idq; abſq; incōmodo uicinoꝝ. neq; ſuſpicandū ē : Nolanos feciſſe eā aquā uectigalē.q; uſus eius riuuli nō eē potuiſſet tātus: ut ſummulā dignā exactione pſtitiſſet.puus.n.agri tractus ē:cui riuus uſui eſſe pōt.Qđ ſi ēt uectigalis illa fuiſſet:cōpertū ē:ꝓ deriuāda aq̄ parem fuiſſe exactionē a Marone atq; a quouis ruſtico uillicoq; riuuli accola. hoſce aūt obolos dono petiiſſe a Nolanis Maronē:nō mō rediculū ē dicere:ſed ēt magna Vergiliū ignominia ꝓſeq.q adeo cumini ſector(ut aiūt) uiſus fuiſſet:ut obolos paucul os cōtendiſſet petere a Nolanis.Riuulus īſuper is:qum ꝑ extremū agrū nolanū trāſit:cōtinue ꝑ planiciē repit uſq; ad paludes.quāobrē ad aquādū dūtaxat utilis eē pōt:ad molēdū uero aliaſue moles agitandas inutilis reperit.Maro itaq; potuiſſet minimo aquari:ut cæteri oēs: minima aūt non petūt magni uiri.Eā uero aquā: q̄ aquæductu ferebat.q; paucula erat:atq; in ornatū urbis magiſq̄ ad uſum ducebatur:Maro ſi nō benigno:quo erat īgenio:ſed moroſo potius ac puerili: ut hic fingit:fuiſſet:nō petiiſſet.Nāq; ſi tātilla in agrū aliquē deflexiſſet:i urbē nulla fluxiſſet aqua.q̄ tenuiſſimi.n.ſunt riuuli:q ꝓpe Lauriniū ſcatent.

Nulla itaq; negari potuit aqua a Nolanis. Nā abellana non erat negata: Lauriniana non erat petita. Adde seruiū sup eo carmie. vii. Aeneidos. Et quos maliferæ despectāt mœnia Abellæ. scriptū reliqsse hoc pacto. Multi Nolā uolūt intelligi: & dicūt iratū Vergiliū nomē eius mutasse pp sibi negatū hospiciū. & id aperte noluisse dicere: sed ostendere p periphrasin. nam illic punica uel dic plurima mala nascuntur. ut nūc p Nola Abella posuerit. hæc seruius. Tu ueto princeps uide q̄so: cui potius fidē adhibeas: illi ne male cogitanti Gelliano: an hisce multis somniantibus seruianis? In quo primū mirū illud ē. hos utrosq; cū legisse tū sciuisse factū Nolanoꝝ: atq; irā Vergilii. Seruiū uero atq; Gelliū nō legisse id neq; nouisse nisi ab eis. Q uis itē crederet in hoīe suapte natura tacito prudentiq; atq; semp cū musis summussitabūdo irā cadere potuisse: cogitationēue sumēdi pænas tā minimatū rerū negationis: non solū offensionis: aut repulsæ? Q uod si magni uiri grauesq; aut nihil petant: aut tradēda petant: contra uero senatus illustris longe plus magnifaciat rē benelocasse q̄ possedisse: pfecto nugæ sunt hæ: quas isti uiri tā diligentet sunt cōmenti. a Vergilio q; neq; hospiciū: neq; riuos petitos esse: Neq; negatos a Nolanis. Verūtñ eius uetbi mutationē: si mō unq̄ mutatū est: alia causa fecisse Maronē: cēseo. Nāq; carmē cū uerbo Ora p̄terq̄ q; suauius fert': ēt pleniore & honestiore significatu p̄cellit. plura. n. dicit: neq; uicinos similesq; agros afficit iniuria. affecisset. n. tacendo illos: atq; solū mō nominādo Nolanū. Vesuuius nāq; singularis mons est. atq; a meridie mari propinquus ac imminēs extat. a cæteris uero plagis: agris ppetuis ambit'. qui Neapoli procedentes tendunt' sub sinistro occiduoq; cornu ipsius ad usq; Abellā mōtē: ab Abella uero conuersi interq; Sarnū montem & cornū dextrū orientalēq; eiusdem Vesuuii uerruca facta: quæ Altorella nūc uocat': protendunt'. deinde æquo solo usq; ad Nuceriam & Gauranū & Pompeios & hostia Sarni ac Stabias contendentes finiunt. Stabiæ uero ubi locoꝝ fuerint: monstrabit' inferius. Ea itaq; ora: quæ Vesuuiū ambit: eiq; uicina ē: agrū Neapolitanū continet: & Nolanū: & Sarnatem: & Nucerianum: & Stabianū: & Pompeianū: omnes pari bonitate præstantes. Suauius itaq; (ut Gellio placuit) & plenius atq; absq; offensione cuiusq̄ uicini cecinisse uidet' poeta dicens Ora pto Nola. Eandem rationē i. vii. æneidos seruasse Maro uidet'. Q uandoquidē sub monte Abella: qua Cāpaniam spectat: est Bouianū: est Abella oppidū: est Nola: Itē Sessula erat: sunt Acerræ: ē Atella: atq; Neapolis. Q uoꝝ populi omnes eo carmine una significatione continentur. siquidem Abella oppidum: quod intra mōtem esse ipm: dictū est: ab alto aperte despectat cæteros omnes eos populos: qui in planicie iacent: ueluti ipse poeta expressit. quorū nemo reliquos ita spectare potest. significantius itaq;: cūq; locorū proprietate: quā Maro callebat multos annos Neapoli īmoratus: carmē fert' cū dictione Abellæ: quātū

nullo pacto neq; uere significare potuisset cũ dictióe Nolæ. Ager quoq; Nolanus & si gratiis hisce illustris est:illa tñ peculiaris eundem nobilitauit.apud antiquos.n.Græciæ medicos laudata est sertula Campana in Italia:quã meliloton appellant:ea:q̃ in cãpo Nolano nascit᷑. Dioscorides libro tertio de materia medica ita scriptum reliqt. μελίλωτος κράτιστος ὁ ἀττικὸς, καὶ ὁ ἐν κυζίκῳ, καὶ ὁ ἐν καρχηδόνι γεννώμενος κροκίζων καὶ εὐώδης· φύεται δὲ καὶ ἐν καμπανίᾳ περὶ νῶλαν μαλίζων καὶ ἄτονος κατὰ τὴν εὐωδίαν. sertula Campana optima est:q̃ in Attica:& quæ in Cyzico:quæq; in Carthagine nascit᷑: crocea ac odora. nascitur quoq; in Campania circa Nolam. sed lutea:atq; odore remissiore.

De positu Nolæ urbis:deq; Nolana natione:urbisq; cõditoribus. Ca.iii.

IN hoc tã pulcro atq; utili solo urbs Nola fundata surrexit. q̃ a Vesuuio qnq; milibus passuũ abest.ab Abella quattuor a Clanio fluuio octo.a Gecalæ Vescianiq; collibus stadiis tum sex:tum octo:tum decẽ tũ ẽt duodecim.Gens aũt Nolana:q̃ fuerit:& unde terrarũ:originẽ traxerit: ambiguũ esse uidet᷑.uaria.n.atq; interse dissentanea autores etiã clarissimi de ea scripserunt.In Epitomis nãq;.T.liuii colonia Romanorũ fuisse legit᷑ hisce uerbis.L.Cæsar cos. male aduersus Sãnites pugnauit.Nola colonia in potestatẽ Sãnitium cum.L.Postumio ꝓtore uenit.qui interẽptus est.Idem autor li.vii.tertiæ decadis.Hæc acta in consiliis.xxx.tũ coloniæ po. Romani erant.ex his.xii.qum oĩum legationes essent Romæ:negauerũt consulibus esse:unde milites pecuniãq; darent. et paulo post : ꝓ duodeuiginti coloniis.M.Sextilius Fregellanus respondit.& milites paratos ex formula esse:& si pluribus opus esset:plures daturos.& quicqd aliud imperaret uelletq; po.Romanus:enixe facturos.ad id sibi neq; opes deesse:animum ẽt superesse.& paulo post ait.Segnini fuere:& Nolani:& Notbani: ac cæteri. Plinius.iii.na.hist. coloniam Romanorũ Nolã esse docet scribens.Intus coloniæ Capua:Aquinum:Suessa: Venafrum: Sora: Theanum Sidicinum cognomine:Nola oppida Abellinum:Aritia:Albalóga: & cætetæ.Strabo uero li.v.Campaniæ urbes Græcas fuisse docet hisce uerbis.res Campanorũ initio Græcas fuisse:deinde Græcis permistas: in dicio sunt præfectorum urbis nomina.titus:& educationis Græcorũ hoc in loco plurima seruãtur adhuc uestigia.Silius li.xii. de Nola sic cecinit.

Hinc ad Chalcidicam transfert citus agmina Nolam:
Campo Nola sedet crebris circundata in orbem
Turribus:& celso facilem tutatur adiri
Planiciem uallo.

Iustinus quoq; li.xx.Chalcidicam Nolam fuisset docet. Quid inquiens Cerem urbem:quid Latinos populos:qui ab Aenea conditi uidentur. Iã

Phalífci:lapygii:Nolani:Abellani:nõ ne Chalcidenſiũ coloni ſũt? In quo ſciendũ é:plures fuiſſe Chalcides.ut Stephanus teſtatus é.quarũ pſtantiſſima ea habita é:q́ in Euboea ſita eſt:atq; ab hac ſola pfectas eſſe tũ ad alias puintias:tum in Italiã colonias. Quãobrẽ:qum ſuperiores autores Nolã Chalcidicã eſſe ſcripſerũt:ex ea Chalcide:quæ in Euboea eſt:originẽ traxiſſe:audiendũ é. Quod. T. Liuius quoq; li.viii.decadis primæ me moraſſe uidet' ſcribens. Palæpolis fuit haud pcul inde:ubi nũc Neapolis ſita é:duabus urbibus populus idẽ habitabat. Cumis erant oriũdi. Cumani Chalcide Euboica originẽ trahũt claſſe:qua aducti ab domo fuerãt: multũ ĩ ora maris eius:qđ accolũt:potuere : primo inſulas Aenariã & Pithecuſas egreſſi:deinde in cõtinẽtẽ auſi ſedes trãſferre. Illud quoq; nõ é p tereundũ.qđ docuit Libanius dicẽdi magr ĩ argumẽtis orõnũ Demoſthenicarũ hiſce uerbis. ὄλυνθος ἦν πόλις ἐπὶ θρᾴκης· ἑλληνικὸν δὲ ταύτῃ τῶν οἰκησάντων τὸ γένος ἀπὸ χαλκίδος τῆς ἐν εὐβοίᾳ· ἡ δὲ χαλκὶς ἀθηναίων ἄποικος Olynth⁹ urbs é mediterranea Thraciæ. In q̃ ĩcolarũ genus Græcũ é:atq; a Chalcide:q́ ĩ Euboea é:deductũ. Chalcis uero Atheniẽſiũ colõia é. Quãobrẽ ubi hæc ita ſe habẽt:qs eſt:q nõ uideat cenſeatq;:Nolanos ẽt Athenienſes eſſe atque ab Athenis oriũdos? ſũt itaq; Nolani tũ Romãi tũ Atheniẽſes:utrauis gẽs ſnb ſole pſtantiſſima. Verũtñ ſicuti monuit Strabo.prima ac antiq̃ Nola noſ origo Græca & Attica fuit.deinde miſcella facta Græcoꝝ Latinoꝝque hoĩum Romana quoque habita é.antea uero q̃ cũ Romanis tractaret' tũq;:qum urbs Nola cõdita é:natio Nolanorũ Græca & Chalcidica & Attica fuiſſe cõperit'.idẽ cõditores fuere urbis. Duces uero q nã fuiſſent Romanorũ Chalcidẽſium ue coloniæ:nullubi ſcriptũ eẽ nouimus.

Vnde urbs appellata eſt Nola. Ca. iiii.

HVic uero urbi nomẽ Nola inditũ fuit: neutique(ut arbitror)a conditore:duce:regulo ue aliquo. Nec a natiõe ipſa qdẽ incolentium. ſed potius ſumptũ eſt a ſuopte agri ĩ genio:in quo urbs ipſa fundata é:ſedeſque iã dictas occupauit. Nola.n.uerbũ Græcũ é:atq; p:o : magnũ ſcribit' ut νῶλα.hoc uero cõpoſitũ é ex νὲ particula priuatiua & noĩe λᾶας λᾶ:qđ ſignificare Græcis uult lapidẽ atque fluuiũ.hoc é locus abſque lapidibus & fluuio. Cãpus.n.Nolanus neque lapides habet ullos:neque flumine aliquo rigat':ut monſtratũ é ſuperius. Quãobrem. T. Liuius:ut eã noĩs cõpoſitionẽ atq; pprietatẽ ĩterp̃tatus exprimeret:fecit exclamare ad ſuos Annibalẽ hiſce uerbis. Expugnate Nolã cãpeſtrẽ urbem: non flumine non mari ſeptam. Eodem quinetiam obtutu & animi ſpectro. Silius illa ceciniſſe uidetur carmina

Campo Nola ſadet crebris circundata in orbem
Turribus:& celſo facilem tutatur adiri
Planiciem uallo.

Eo nimirũ ueriora sũt hæc:q̃ d̃ nois Nolãi structura dissernimus:quo mi nus in historia Græca aut Latina repire ualueris nomẽ gẽtis alicuius aut principis: a quo appellationẽ hãc ipam urbis aptius attẽdisse:ausis asseuerare.

De conditione situs urbis Nolæ. Ca.v.


MAgni momenti fuit urbẽ Nolã i eo situ fundatã eẽ: cum ad hoium consuetudinẽ:tũ ad occasiões belli. Lucãis.n. Oeno triisq̃ populis oibus atq̃ Siculis Romã Aethruriã ue apti us accessuris:Nola transeũtopus ẽ. Eodẽ mõ q̃bus ab urbe Roma ad harum gentium plagas proficiscendum est: eadẽ transire coguntur. contra uero a Campania Neapolique in Apuliã: atq̃ illinc ad hæc loca trãsituris:uia p Nolã cõmodissima ẽ. In medio itaq̃ ho rũ se cõcidẽtiũ itinexꝫ sedere:maximũ refert ad hoium cõsuetudinem. ad belli uero occasiões urbẽ in eo loco extare plurimũ referre:duoꝝ(ut cæ teros taceã)prudẽtissimoꝝ ĩperatoꝝ cõscia atq̃ cõtẽtio patefecit in secũ do bello Punico. nãq̃ q̃to studio Annibal atq̃ Pœni duces Nola potiri conati sũt:tãto nisu Marcellus atq̃ Romani tueri ac retinere Nolã stu duerũt. Proinde tũ hoc ipso bello:tũ aliis q̃ plurima ꝑlia circa Nolã cõ missa sũt. atq̃ urbs ipsa sæpissime capta ac uastata ẽ. sicuti uictoriæ cau sa plurimũ fuit iis:q̃bufcũ urbs ipsa in societate mãsisset. Quinẽt ubi tãta huius loci cõditio ẽ:sit nobis magna fides:in eo urbem sæculis innume ris stitisse. speſq̃ futurũ:nũq̃ urbem deletum iri posse.

De incremẽto ac potentia Nolanorum. Ca.vi.

HAnc ueluti ĩfantiã Nolæ urbis legimus excreuisse usq̃ ad Sãniticũ bellũ:q̃d cũ Romanis gestũ ẽ ante Augustũ du cẽresimo ac septuagesimo anno. Ea.n. tẽpestate populus Nolanus in tantã potẽtiã & dignitatẽ auctus ẽ:ut cũ Sã nitibus nõ subditicia:sed cõsocia arma ferre: atq̃ bella ge rere potuisset.ut. T. Liui. testat̃. Tũ duo milia Nolanorũ militũ inq̃t & q̃ttuor Sãnitiũ:magis Nolanis cogẽtibus q̃ uolũtate Græ coꝝ recæpta Palæpoli. fuisseq̃ Palæpoli haud ꝑcul ĩde:ubi nũc Neapo lis sita ẽ:atq̃ urbibus his duabus eũdẽ pplm habitasse. hæc q̃tũ ex histori cis licet cõiectari:ur̃ fuisse ea:q̃ nũc Turris ioppar elloꝝ appellat̃. ẽ.n. lo cus is ꝑpe Neapoli ad tria milia passuũ:q̃nẽt ꝑpe mare: ꝑpe mõtẽ Vesu uiũ:& ĩ ipa uia:q̃ Neapoli Nolã fert. atq̃ tũ cõtermius Nolão agro. quã Palæpoli eo bello Nolani subigere cõtẽdisse uidẽt̃ potius:q̃ Sãnites. tũ .n. Nolãi erãt duces atq̃ cogebãt:Sãnites uero stipẽdia faciebãt. cõsocia quoq̃ arma cũ Sãnitibus Nolãos fecisse:testat̃ marmor q̃dã antiqum :ĩ quo ĩcisõ legit̃ exercitus Sãnitiũ Nolãorũq̃ uictoria illustri potitus. nec plura legi q̃unt:lr̃is ob ãtiq̃tatẽ ĩterlisis. Est aũt hoc ipm marmor ĩ oppi do quodã Hirpĩoꝝ:q̃d Mirabella nũcupat̃. atq̃ ĩ leuis ãtis portæ austra lis fũdatũ. q̃ ãt ea uictoria fuerit illustris:atq̃ grãdes exercitus:idicat no

men facti:qđ ẽt loco pugnæ inditũ est.illic.n.bella mira fuere gesta.in qbus Samnis ĩperator anteiuisse uidet̃.q̃ qum ita se habeãt:cõptum ẽ:Romanos bellum illud Samniticũ tã atrocissimũ lõgissimũq; nõ cũ Samnitibus solũ gessisse:sed ẽt cũ Nolanis:quo℞ tũ p̃stantes erant uires in Cãpania.illud quoq; illustrẽ populũ Nolanũ testat̃. Nãq; tẽplũ Victoriæ Nolanos dicasse:cõstat:qđ nõ mõ exercitũ ingentẽ: sed ẽt uictoriã partã ostẽdit fuisse gloriosam.parua.n.facinora nõ eo ꝓbe attolluntur:ut ꝓ eis tẽpla erigi dignũ decorũq; eẽ uideat̃.Idem autor ait.dictator Cla.Petilius qum audiuisset:arcẽ Fregellanã ab Sãnitibus captã: omisso Bouiano ad Fregellas ꝑgit.unde nocturna Sãnitiũ fuga sine certamine recæptis Fregellis p̃sidioq; ualido ĩposito in Cãpaniã reditũ fecit:maxime ad Nolam armis repetendã.eo se intra mœnia sub aduentũ dictatoris & Sãnitiũ oĩs multitudo:& Nolani agrestes cõtulerãt.Dictator urbis situ circũspecto: quo aptius aditus ad mœnia esset:oĩa ædificia(& freq̃uẽter ibi habitat̃:) circũiecta muris incendit.Nec ita multo post siue a Petilio dictatore:siue:a.C.Iunio cõsule.nã uterq; tradit̃:Nola capta ẽ. qui captæ decus Nolæ ad consulẽ trahunt:adiiciũt Atinã & Calatiã ab eodẽ captas. Ex qbus clarũ fit:tũ a freq̃uẽti habitatione:q̃ circa urbẽ:tũ a societate cũ Samnitibus:tũ ab exercitibus Palæpolim Mirabellãq; missis:tũ a gloria consulis ob expugnatã Nolã:rẽ Nolanã ea tẽpestate extitisse nõ humilẽ:sed potẽtẽ atq; suꝑbã.in quo illud spectare nos:licet.Nolanos dãno doctos nõ ẽt posteris sæculis extra muros ædificia cõdere cõsueuisse.usq;.n. ad secũdũ bellũ Punicũ aditus liber remãsit accedere uolẽtibus unde quaq; ad muros:idicio illo.Nã Annibal Nolã aggressurus:scalas statim muris ĩmittendas parauit:nõ ẽt ĩpeditus in delendis suburbiis.qđ ẽt usq; ad nr̃a tp̃a seruatũ ẽ.nulla.n.circa urbẽ p̃sentẽ ædificia uident̃ extitisse:nec ẽt extãt. Secũdo aũt bello Punico:qđ gestũ ẽ anno centesimo decimo post Sãniticũ:q̃to fuerit amplior & dignior Nolana res.ostẽdit eũ Liuianus Annibal hortãdo suos:hinc uos ex tã opulẽta urbe p̃da:spoliis onustos uel ducã:quo uoletis:uel sequar. tũ Hærẽnius Bassus Nolanus uir primarius hisce Annibali uerbis respõdẽs patefecit.multos ãnos iã inter Romanũ Nolanũq; po.amicitiã eẽ.cuius neutros ad eã diẽ pœniteret: & sibi:si cũ fortuna mutãda fides fuerit:sero iã esse mutare eã.dedituris se Annibali: nõ fuisse accersẽdũ Romanũ p̃sidiũ.cũ iis:q ad se tuẽdos uenisset: & oĩa sibi eẽ cõsociata.& ad ultimũ fore.Hæc non sunt populi societatis specie subditi: sed potius liberi ac magnifici & ꝑ se ipsum constantis. Magnas item uires Nolanas eodem bello excreuisse:indicare põt pugna illa illustris:q̃ Annibal Nolæ uertere terga coactus ẽ.atq; usq; ad castra fugere. nõ.n.uerisimile ẽ: Marcellũ cũ expedita manu p̃sidiarioq; milite ualuisse: tm̃ ducẽ:tm̃ exercitũ ĩ fugã uincẽdo uertere:nisi Nolano℞ copiæ additæ illius copias iustas æqualeq; Pœnis fecissent.Magnã ẽt Nolanorũ poten-

tiã eodẽ bello uiguisse:testat̃ illud.Sãnitibus nãq; atq; Cãpanis hostibus
po.Romani Nolaniq; inter Romã Nolãq; sedẽtibus cũ Punicis ẽt præ
sidiis:potuere Nolani Duce Marcello totũ Sãniũ uastare incendereq;
atq; Sãnites cogere:ut auxilio reuocarent ex Apulia Annibalẽ. Sãnites
inquã:qui tot annos bellũ gessere cũ po. Romano. Nolanarũ magnarũ
uiriũ:q̃ per ea tẽpora fuere.magnũ argumentũ est.Nãq; senatus:si plebs
aliquãtũ nõ inclinata fuisset ad Annibalẽ:neq; quoq; Marcellum e Sessu
la auxilio uocari:fuisset opus.potuisset fretus ꝓpriis armis: Annibalẽ ac
cedentẽ arcere ab urbe atq; agro Nolano.Rẽ quoq; Nolanã extitisse lõ
ge grandiorẽ atq; potentiorẽ ẽt post bella Punica apertissime constat.Ex
tant.n.reliquiæ quædã duorum amphitheatroꝝ:quoꝝ alterũ erat ad oc
casum æstiuũ:alterũ ad ortũ hybernũ.illud antiquius:hoc posterius ex
tructũ fuisse uidet̃.illud latericiũ:quæ Murara nunc dicit̃: hoc marmo
reũ ac lapide q̃drato cõpactũ:quod Castellũ ruptum hodie nuncupat̃.si
qñ consiliũ ædificandi:& sumptus ĩmensi:atq; eoꝝ usus:non esse possunt
arcti:humilis:obscuri ue populi:sed sua potius sunt opera ampli:magnifi
ci:atq; splẽdidi senatus.Cõpertũ ẽ:plurimũ ẽt auctã esse Nolanã rẽ post
secundũ bellũ Punicum:qd in eo nihil detrimẽti fecit: atq; carissima po.
Romano euasit:par ẽ itaq; si ĩ bello se magnã seruauit:ẽt beniuolẽtia po.
Ro.maximã se reddidisse in pace:quæ longissima secuta ẽ.Nãq; in Cãpa
nia ab eo bello usq; ad Syllã nullũ unq̃ bellũ gestũ ẽ.Quã magna fuerit
Res Nolana:cõiectari quoq; ẽ cũ ab ambitu urbis: tũ a numero ciuium.
siqñ:ut inferius monstrabit̃:ambitus excreuerat adusq; bis mille passus.
ciuium uero capitum supra q̃nquaginta milia censa. illud quoq; rẽ Nola
nã arguit fuisse excelsam:siqdẽ multa post bella:q̃ Romani gessere in Ita
lia nõ mõ cũ inuadẽtibus barbaris sed ẽt cũ Latinis:cũ Sãnitibus: cũ ser
uis:cũ sociis:atq; post eorũ intestina bella:in q̃bus Nola sæpe periclitata
captaq; est.potuit uel magna remanere uel breui instaurare sese:atq; ma
gnam ac diuitẽ extollere.tẽpestate.n.Beati Paulini a Mauris Vandalisq;
Nola uastata ẽ atq; bonis cũctis spoliata.ꝑquæ tp̃a ditissima tot malis su
pererat.quarũ diuitiarũ:magnitudinisq; populi Nolani testes sunt tum
ip̃e Paulinus ĩ epistola ad Seuerũ Sulpitiũ:tũ Paulus diaconus de gestis
Romanoꝝ li.xv.Indicio nimirũ magnificentiæ Nolanæ sunt quoq; mo
numẽta:quorũ aliq̃ ẽt nũc extãt p̃ti in uia antiquæ urbis:q̃ Neapolim fe
rebat:p̃ti ad uiã:q̃ ab Abella ꝑ agrũ Nolanũ sub Gecala colle fert ad Sta
bias.hæc.n.sunt elegãter ædificata:nec mediocres ponẽtiũ sũptus osten
tãt.multa quoq; marmora passim inueniunt̃ in urbe:atq; circa urbẽ ꝑsentẽ
in q̃s incisa noĩa sũt eorũ:q monumẽta sibi suisq; posuere tũ oratiõe: tum
scriptura elegãti:q̃ humilibus puisq; nulla rõne q̃drare.cõgruereq; ualẽt.
Adde tẽpla multa urbis:de q̃bus inferius dicet̃.q̃ in quauis urbe erecta
non possunt nisi potentiã magnanimitatẽq; ciuiũ testari.


ARC
TVS
SVS
NOLA · VETVS
PER · HAEC LOCA CAVATIBVS · INVENTAE · Ē · ANTIQVITATES
PORTA · ET · VIA · ABELLAE
VIA · BOVIANI
TVS
AMPHITHEA LATERICIVM
DIAMETRVS · DCLX · PASS ·
PARIES · ANTI
TEM · IOVIS
NOLA · PRAESENS
PORTA · ET · VIA · LAVRINIANA
ANTIQVI · TVMVLI
VIA · NEAPOLITANA PORTA · Q · QVAE NVNC ETIAM PORTA · DICITVR
TVRRIS · ROTVNDA ·
TEM · VICTORIAE
TEM · AVGVSTI
AMPHITHEATRVM · MARMOREVM
HIC · EXCAVANTVR ANTIQVITATES
OR
ANTIQVVS · AMBITVS · M · LXXIV · PASS ·
HIC · EXTVMET · SOLVM · VIDE · EVIS · PORT · CVM · TVRR
ITEM · HIC · EXTVMET · SOLVM · VIDE · EVIS · PORT · CVM · TVRR
PORTA · ET · VIA · SARNI
ANTIQVA EXCAVA
OCCA
T · MERCVRII ·
ANTIQVAE BALNEAE ·
HIC · PVGNATVM · EST · CVM · ANIBALE
HIC · EXTVMET · SOLVM · OB · FABRICAM · VIDETVR · FVIS · PORTA · CVM · TVRR · ET · MVRORVM · PARS
AV
STER
PORTA · ET · VIA · SVESSVLAE



De Ambitu urbis atq; portarũ numero. Ca.vii.

SIcuti ea:q̃ dicta sũt:demõstrauere Noláos potẽtes & magnos atq; illustres:ita ualẽt ambitũ areãq; urbis ipam nõ ãgustã ac hiantẽ:sed amplã ac saneq̃ referctã extitisse: cõsentanee significare.magna.n.magnos decẽt. Q uinẽt licet certa rõne atq; mẽsura colligere abeis fragmẽtis:reliquiisq; antiq̃ urbis:q̃ adusq; nr̃a tp̃a durauere:extãtq;: q̃tũ areæ urbs ipsa occuparit:q̃q; fuerit figura:& q̃ro sit ãbitu circũducta. uidere nũc nãq; ẽ:duo memorata ãphitheatra iter se distare circiter trecẽtis sexagita passibus.passum eẽ:audiẽdũ ẽ:spaciũ.viii.pedũ.Q uinẽt singulo℞ ãphitheatro℞ diametrũ passuũ eẽ qnq̃genũ.p̃terq; ea spectare licet:extra utraq; ãphitheatra p̃ eãdẽ rectitudinẽ:i q̃ illa sita distãt:alia uestigia ac fundamẽta magnorũ ædificiorũ.ut extra latericiũ uersus occasum æstiuũ circiter centũ passus:extra uero marmoreũ uersus ortũ hybernũ tantũdẽ.amphitheatra.n.extra urbẽ:aut intra sed iũcta muris: aut muris uicina nõ poterãt erigi.tp̃e.n.belli plurimũ potuissent officere: ac ipedimẽto eẽ. Q uã obrẽ collectis in eadẽ longitudine mẽsuris qnq;:ut q̃ ẽ iter amphitheatra:q̃que sũt duarũ diametrorũ ipsorũ.atq; p̃ter eas duabus aliis:qbus utrinq; amphitheatra erãt secreta a muris urbis. cõptũ ẽ: diametrum urbis sexcẽtis sexagita passibus patuisse.Q đ si Nola rotũda erat figura:& crebris circũdata in orbẽ turribus:ut Silius cecinit:utq; uestigia & relicta fundamẽta quoq; nũc idicãt:orbẽ undeq̃que: quo cõtinebant̃:mõstrãtia:fuit nimirũ maximus urbis ambitus duũ miliũ ac septingenta quattuor passu. Sexangulã uero urbẽ si in orbẽ circundatã saltẽ itellexeris:singula eius latera trecẽtenũ trigenũ passuũ excurrisse oportet. fuisse itaq; minimũ urbis ambitũ duũ miliũ passuũ dẽptis.xx.cõptũ ẽ. sin uero duodecangulã mãsisse urbẽ uelles:ambitũ patuisse oportet mediũ iter utrosq; mẽsus hosce.hoc ẽ duũ miliũ ac.xx.septẽ passu.fere.T m̃ ambitũ cõtinuisse urbẽ:illud quoq; idicio ẽ.Nãq; autore Liuio. Marcellus ex tribus portis occurrisse scit̃ Annibali urbẽ Nolã iuadẽti.q̃s portas tris i eadẽ urbis plaga patuisse oportet:atq; iteruallo uicinas:ut milites sibi p̃pinqores erũpẽtes dẽsius ac tutius i aduersos hostes icurrissent. Q đ si illæ tres portæ nõ a se mãsere auersæ:sed exordie atq; uicinæ:mãifestũ ẽ:ab hisce ternas alteras auersas fuisse.atq; iter utrasq; a dextera ternas a leua itẽ ternas.oẽsq; fuisse.xii.uerũ q̃ttuor earũ p̄stitisse principales: reliq̃s uero cõmodatarias arbitrãdũ ẽ.tot aũt portas cãpestris rotũdæq; urbis tantũ circuitũ:q̃tũ diximus exposcere:cõsentaneũ ẽ.porta.n.altera ab altera illarũ distare minore tractu nõ poterat:q̃ cẽteno℞.sexageno℞ qnũ passu. maiorẽ uero porta℞ numerũ i eo circuitu ambituq; desiderare:ẽ tẽpore pacis supuacaneum:belli uero non tutũ.minorẽ uero numerũ utroq; quidem tẽpore & pacis:& belli minus cõmodũ:pacis uero potius ieptũ est.

De eis antiquæ Nolæ reliquiis:quæ nũc apparent. Ca. viii.

Vattuor sũt:q̃ nobis hactenus reliqua fecit urbs antiq̃ Nola.ut amphitheatrorũ duorũ ptes q̃dã:ut tumuli:ut pauimenta q̃dã templorũ:ut fundaméta ẽt terra tecta multorũ ædificiorũ.uerũ inter oĩa hæc:certa & clara me lius sunt amphitheatra & tumuli.amphitheatrorũ igit̃ duorũ:q̃ dicta sunt:latericiũ adhuc seruat ambitum:atq̃ parieté exteriore ẽt supra fornices & arcus infimos:superiora uero cor ruerũt.uidet̃q̃ habuisse duos ordines fornicũ.Nãq̃ paries exterior non usq̃ adeo solidus ualidusq̃ ẽ:ut ẽt tertiũ supremũq̃ ordiné testudinũ su stinere ualuisset. Quare latericiũ amphitheatrum:& si cum marmoreo area pari & æquo ambitu cõsentiat:eo tamẽ minus:& humilius fuit uno ordine. marmoreum uero:quod nobis pueris magis corruptum atq̃ di rutum erat q̃ latericium: etiam paulo post fere funditus extirpatum ẽ ab Vrso Vrsino Nolæ tum regulo:Nicolæ aui tui patruele. Is.n.qum refi cere amplificareq̃ regiã cõstituisset:oĩa fere amphitheatri fundaméta fo diẽdo exhausit.totq̃ quadrata marmora effodit:quot nõ solũ primorem parieté regiæ:q arcũ spectat:cõstruere:potuerũt et extollere: sed ẽt ad magnũ usum reliquæ ædificationis sufficere: ĩ que multorũ ciuiũ cõmo ditaté concedere.atq̃ pter ea uel q̃ plurima alia ĩspesse.fundaméta eius iacta erãt adusq̃ uigiti pedes:ac e lapidibus q̃dratis maximisq̃ cõpacta. antea uero q̃ ab Vrso excauarent̃:extare nos uidimus duos arcus solos quadratis lapidibus cõpositos:quorũ alter occasum hybernũ:æstiuũ al ter spectabat.& horũ fundaméta fundamẽtis aliorũ arcuũ certo iterual lo atq̃ in eodẽ circuitu respondebãt.Ex quo ordine ambituq̃ atq̃ arcu bus clare scire licet:eo in loco amphitheatrũ stitisse.id q̃ altissimũ. simul qa fundaméta erãt amplissima ualidissimaq̃ tolerare supiniecti opis alti tudinẽ:simul q̃ eiusmodi marmorea amphitheatra nõ minoribus ternis ordinibus arcuũ erigi solẽt.Ea aũt marmora q̃q̃ innumera: tñ asperiora erant:non item pellucida:non peregrina.quãobrem in subditicio opere iacta: atq̃ alia pulcriora effigiataq̃ adiecta crustationi eẽ oportuit. ue luti etiam multa crustationis fragmenta reperta indicant. quorũ & ma teria est pulcrior:& ars:q̃ in eis uidet̃:diligentior.Hoc opus nobilissimũ extitisse:indubitatũ est:ac maximo aĩo: ĩgenio:labore:sumptuq̃ æditum: siue ea marmora fuerint crate cõuecta Stabias:& Stabiis plaustro Nolã: siue illa asperiora excisa fuerint de monte Gecala:peregrina uero de ligu ria Circeisue aduecta.Quam maximum extitisse hoc opus:ruina etiam testatur. dirutum enim ædificium uerrucam grandem quasi naturalem extuberauit.In eo etiam opere certasse uidentur Nolani cũ Campanis. nãq̃ huic operi simile ab eis extructũ fuisse mãifestũ ẽ: duobus milibus passuũ citra Vulturnũ amnem:ubi tum Capua sita erat. Verũtñ Nolãis

opus lõge difficilius extitit.illi.n.p Vulturnum atq; scaphis:Nolani ue
ro Stabiis plaustro domum cæmēta deuexere.In quo nemini uelim mi
rum sit.si uideat in medio amphitheatro hoc marmoreo quædā ædificio
rum uestigia:ut scalas singulas fornice tectas:ac duas alias fornices:quæ
in amphitheatro locū habere nequeunt:cuius mediū uacuum erat & sub
diū.Nāq; a posteris illa ædificata sunt.structura.n.eas; fornicū multo ui
lior ē.Q uinēt eadē adiecta ædificia q̄drata figura fuisse:idicāt tum duo
fornicum latera in angulum cōcurrētia:tū scalæ:q̄ a cauædio ascēdentes
uidenť tertio lateri hæsisse.Q uāobrē spēm arcis pseferūt.quā aspiciētes
ii:qui posteris sæculis fuere:appellauerūt eā ruinā uertucāq; Castellum
ruptū cēsentes arcē fuisse nō amphitheatrū.sed amphitheatrum fuit non
arx.Arces.n.primotē murum solidissimū cōtinuūq; maxie uolunt:nō sup
arcubus pilisq; erectum:sicuti suum ē amphitheatri sup pilis:arcubus at
q; testudinibus in ambitu ductis extare.his.n.sedilia attollunť.potuit au
tē hoc amphitheatrū supra triginta milia hoium spectatum excipere. sin
gula .n.sedilia in tāto ambitu ad septiescētena capita facile capere. quoq;
ordines ab imo ad summū scandētes ad q̄dragenos atq; quos deiceps sub
iecisse sibi cōuenit.Extra autē amphitheatrum latericium uia ampla etiā
nunc ē:q̄ recta tendiť uersus occasum uernū:fertq; Neapolim.q̄ antiquæ
urbis fuisse indicať.partim q̄a locus is uideť semp appellatus fuisse por
ta:& sacellum q̄ddā q̄d illi adiacet:uocatum ē sanctus Petrus ad portā:
partim q̄a eidē uiæ hærēt tumuli q̄dā antiq̄ssimi:idq; e regiōe illius sacel
li.sunt eiusmodi tumuli elegāter cōditi.nō et multū extātes.sunt āpli atq;
rotūdi coronatiq;.tectū quoq; ab orbe exurgens pedetenti fastigiať tur
binaťq; in apicē medium.structura latericia ē:ac tā apte cōpacta:ut ma
teria solida eē uideať.ab auerso aūt latere urbis:q̄d ad ortū uergit uernū:
uia laurīniana ēt nunc exit ampla recta oblōgaq;:q̄ portā aliā urbis anti
quā indicat q̄ auersa erat a porta Neapolitana.Itē puo tractu ab amphi
theatro marmoreo recedēs uersus Arctū:fanulū ē i q̄d humi depssum est:
atq; pauimentū tessellatum i eo cerniť:figurāq; basilicæ hēt:q̄ nūc facta
Victoria nūcupať.Q d tēplū Victoriæ priscis tēporibus fuisse uideť. ē
aūt hoc sacellum inter amphitheatrū & arcē psentis urbis.In eadē pte ar
ctica atq; maiore recessu facto ab amphitheatro:ē Episcopium:i quo pa
uimentū antiq̄ tēpli:q̄d Ioui dicatum erat:detegiť.q̄d nunc subterraneū
sacellum ē beati Felicis.atq; ppe ipsum alter locus ēt humi depressus cō
periť:q̄ nunc uocať scūs apls.sed ambos hosce locos depssos eiusdē tēpli
Iouis extitisse ptes:notum ēiut iferius diceť.Adhæc puo iteruallo uersus
æstiuū occasum secedēs ab Episcopio:locus ē ēt humi depssus: i quo ere
ctis q̄busdā pilis basilica cōstructa ē:quæ nunc appellať Sanctus Felix i
platea:quod antiquum templum extitisse creditur.alterum.n.tēplum sup
eo erectum ē.sed ignorať cuiusnā numinis illud antiquum fuerit. Verūtā

hæc tria pauimēta antiq̄ ī eodē curriculo tractu ue recto cōsistūt.q ab occasu æstiuo in ortū hybernū distendit̄.in quo:Ap̄ls est ab hyberno:Felix in episcopio est in medio:Felix in platea est ab æstiuo latere.Nec alia pauimenta:quæ humi sint depressa:apparēt intra metas ambitumq̄ antiquæ urbis. Verumtamen in eo iā memorato tractu siquis ab episcopio p centū passus uersus hybernū ortū recta processerit:obuius fit locus:in quo tēplū fuit Seruatoris.nunc uero appellat̄ sanctus Seruator.neq̄ locus depressus est humi:ut illi:sed naturali solo est altior.præsens.n.facellū uidet̄ esse erectū super fabricā atq̄ ruinā antiqui.nā omnis eius uiciniæ solū extumescit ob antiquarū ædiū ruinā.est aūt hoc præsens Seruatoris facellū sub turre Megaldina præsentis urbis.idē adiacet muro cuidā:in quo porta urbis patuisse uidet̄.sed non antiquæ:sed eius:quæ post casum antiquæ resarcta modo quodā fuit.præter hæc in media duorum amphitheatroꝝ distantia etiā inuenta sunt marmora aliquot quadrata: inter quæ:unū erat incisum litteris dicentibus.TEMPLVM.AVGVSTI. cæteræ deletæ erant.quæ certo argumento sunt:illic extitisse Augusti templū.ab hoc uero loco siquis recta inter austrū & occasum hybernū ad ducentos passus processerit:incurret fragmenta quædam locūq̄: ubi q̄ plurima marmora quadrata effossa sunt tēpestate etiā nostra. eaq̄ Neapolim plaustris transuecta fuere a Carulo Carrafa:ex quibus cōstructæ sūt omnes partes imæ ædiū:quas ille edidit prope porticū:quod segium Nidi uocant.hic igit̄:ubi effossa sūt marmora:templū antiquæ urbis uidetur extructum fuisse: ꝗ fundamenta: quæ erant iacta domibus: latericia repetiuntur:non autē tanta congerie quadratoꝝ lapidū stabilita.atq̄ illud templū credendū est:dicatū fuisse Mercurio. siqdē in quo dam marmore icis̄o legimus.L.Sattiū fuisse magistrū & Mercurialem & Augustalē in urbe Nola.eūdē uero uirū magistrūq̄ duoꝝ uicinoꝝ templorū mansisse:uerisimilius est.Q uinetiā ab Augusti tēplo recta in austrū proficiscenti trecentos passus: fit obuius locus qdā extumescēs ob antiquæ fabricæ fragmenta:quas reliquias muroꝝ antiquæ urbis fuisse: mensus atq̄ rotunditas urbis ipsius ostendunt. Q uinetiā illic portam cū turribus patuisse.quæ Vesuuiū uersus ferebat:sicuti nūc uia eodē ducēs patet.Ab amphitheatro præterea marmoreo recta eūti uersus Vulturnū uentū ad centū passus:locus extumescens alter occurrit:ubi murus urbis stitisse:eadē ratiōe credit̄:atq̄ similiter porta cū turribus:q̄ Sarnū Nuceriāq̄ eūtibus iter præbebat.At uero ꝗ Annibal primū Nuceria uia hac ipsa ad Nolam expugnandā uenit:uerisimile ē:ante hanc portā eē castrametatū.atq̄ cū eo sub hac eadē urbis plaga illa illustri pugna tū esse pugnat:in qua uictor Annibalē docuit posse uinci.Inter aūt Mercurii tēplū atq̄ portam Sarni:amphitheatrūq̄ marmoreū: ac portā Vesuuii passim effodiūtur ædiū antiquaꝝ fragmenta.itē antiqua oblongaq̄

fornix inibi extat:qđ nunc balneũ Ceccii uocãt. Q uinẽt in oĩ ea plaga: quæ patet inter tẽplũ Augusti:atq; portã Neapolitanã: latericiũq; amphitheatrũ:atq; Mercurii templũ:effodientibus antiqua fundamẽta crebro passimq; deteguñt. Regio demũ septentrionalis:quæ est ab amphitheatro latericio temploq; Iouis uersus arctũ atq; portã Abellæ:referta est fragmentis antiquarũ fabricarũ usq; adeo:ut terra cũ intrito lapillisq; ac frustulis mista sit:non modo altius tegant̃ ubiq; locoꝝ fundamẽta parietũ. Aliquantulũ quimmo parietis magni solidiq; in eadẽ plaga extat:q aut magnaꝝ ædiũ fuit:aut tẽpli magni:aut murus urbis:ut dictũ est:re sarctæ postq̃ ãtiqua pessumiuit ceciditq; aut bellis:aut pestilẽtia afflicta tã. Is uero paries distat a tẽplo Iouis q̃dragita passus:q̃ uergit ad Arctũ. cui nũc parieti hærent ædes Cæsarinoꝝ:& Macceoꝝ:& Fricciarũ:& Tãgoꝝ. Hæ sunt igit̃ reliquiæ antiquæ Nolæ:quas area: urbisq; sedes potuerũt ab iniuriis tẽpoꝝ oia cõsumentiũ uendicare.nobisq; usq; ad hanc tẽpestatẽ seruando trãsducere. Amphitheatra diruta: pauci tumuli:templorum magnoꝝ pauimenta arctissima:atq; deletarũ ædium studia: atq; solo tecta q̃ plurima fundamenta.

Q uo mõ urbs seruata sit in illuuionibus:q̃ in eã influxerint. Ca.ix.

HOc in loco aliquantispet sistere gradũ nos:cogit ambiguitas q̃dã.siq̃ñ tẽpestate nostra uidimus: illuuiões magnas inundasse superasseq; quãdã Nolani agri ptẽ. ueluti eam: q̃ incipit abusq; radicibus Gecalæ:ubi colles eius in angulũ ꝑtensi coniũgunt̃:procedensq; citra amphitheatrum marmoreum:ac ante portã Vicanciũ urbis p̃sentis: item. circa tẽplũ Augusti:atq; secus ambitũ australem amphitheatri latericii:ꝑlabit̃ adusq; paludes.a principio scilicet usque ad finẽ. ueluti arcũ laxũ faciens:cuius cõuexitas uersum Vesuuiũ uergit. estque lõgitudine duũ miliũ atque quincentoꝝ passꝰ.latitudine uero trecentoꝝ. Q uãobrẽ non paruã antiquæ urbis partẽ in hoc ipso arcu plagaue illuuionibus obnoxiã mansisse:cõpertũ est.oĩs.n.australis urbis regio in mediis illuuionibus constitit. Q ui igit̃ factũ est:ut illuuiones nullas urbs:ager ue senserit:optimeque & in tota urbe & in agro:& ædificatũ:& habitatũ:& cultũ sit:p̃sertim si illuuiones natura ferente statis siderũ curriculis fuissent eruptuꝝ. Q uã dubitationẽ statim delet mentio inductæ fossæ.siquidẽ uia:quæ Lauriniũ fert:a dextra ẽt nũc retinet uestigiũ altæ fossæ:quæ secundum uiam eam protendit̃ ab aggere:qui sub Megaldina turre præsentis urbis est:quosque subiuerit prope angulum: quem Gecalæ colles claudunt. Contra uero alterius fossæ uestigium apparetque: ab aggere:qui sub turre rotunda exurgit:incipiens uersus occasum uernum recta excurrit secundum uiam: quæ a porta: quæ nunc clausa est:

exibat.hæ duæ utriq; fossæ i eodem recto tractu manēt. quas itercedere oportebat fossam aliam subterraneā ueluti magnum aquæductum p urbem ueterem ductam utrasq; utrinq; contingentem: quæ nunc est præsentis urbis meridionalis fossa.a Megaldina per Vincancium ad Rotundam turrē excurrens.fossa uero:quā uersus occasum descēdere diximus: ad paludes declinat.quāuis non appareat: quo pgressu in paludes euadebat.est.n.magna exparte æquata solo.in paludis uero parte:q̄ uicina Nolæ est:iterum fossa alta edita est:quæ recta usq; ad Clanium fluuium pducit̄.quem lagnum corrupto uerbo Græco uocant Nolani.q; dicere debēt lagynū.λάγυνος n.Græcis significat nō modo uas:sed etiā receptaculum quodcunq;:in quod aqua liquores ue excolantur & influunt.nam in eā fossam oīs fere aqua palustris:quæ prope Nolam stagnat:furtim penetrar.Q namobrem a radicibus Gecalæ adusq; Lagynnm fossa alta ducta erat:in quā oīs aqua: quam Gecalanæ ualles atq; radices imæ in cāpum Nolanum profudissent:excipiebatur.atq; per eam in Lagynū Clanium q; amnem defluebat.Q uāobrem ubi non impedita aqna alueū curriculūq; inueniebat:tum stagna lacus ne nullus in agros urbemq; exurgere quibat.seruabatur quoq; ea fossa:sicuti Lagynus hucusq; seruatus est. Augusto.n.mēse:qum aquæ funditus ab æstu feruoreq; solis exuctæ sūt: Lagynus quotannis expurgat̄.excauaturq; (sicubi ripæ corruerint) ut hyberno atq; uerno tēpore expeditus alueus aquis i Lagynum fluxuris paretur.cauatur autē a cunctis paganis in agro Nolano colentibus iussu ac more antiquo coactis.Hoc itaq; ingenio & ager & urbs uetus ab illuuionibus uendicata est.Q uod si ea fossa nostra tempestate:atq; septuagesimo ante anno seruata fuisset:non tantā ciuinm suoꝝ stragem semel atq; iterum Nola uidisset.Niq; futurum eadem excaueturtoties pestilētiam expectare urbem necesse est:quoties longa pluuia ualles Gecalanas cōplerit:ac in agrum Nolanum illuuiones erumpentes profuderit.

Q uousq; protensis sit Nolanus ager. Ca.x.

SI quæ dicta sunt:uera sunt:par esse:uidetur:ut eo Nolanorū agroꝝ fines fuerint ampliores:quo ciues censi sunt plueres:quoq; urbs ipsa grādiori area fuit dilatata. idem uero exqsitius qsque atque facillime dignoscere ex his:q̄ dicemus:poterit.a Nolanis.n.uel adhæc tēpora ager possessus est is:q si nō Claniumusque fluuium:aut eius fontes:tū ad usque Mephitim:putidarū que aquarū concas ptendit̄:ab urbe Nola initium sumēs.fontes aūt Clanii ad occasum æstiuum uergere:dictū est.Itidem recta progredientes ab urbe per octo miliaria uersus occasum hybernum assidue suum agrum calcabāt Nolani: quousque ueuissent ad cōterminos agros Neapolitanoꝝ. Erat āt finis is intra radices sinistri occidentalisque cornus Vesuuii mōtis. quo in locos

qum lis de finibus Agroꝝ cum Neapolitanis orta eēt:& ad eā arbitrādā missus esset a Senatu Ro.Q .Fabius Labeo.iudicium uafrum ab eo latū est de agroꝝ terminis.Siquādo is qum ad locum uenisset:cum utrisq̧ separatim locutus:ne cupide quid agerent:ne quid appeterēt:atq̧ ut regredi ꝗ progredi mallent.Id qum utriq̧ fecissent aliquantū agri in medio relictū est.Itaq̧ illorū fines sic:ut ipsi dixerāt terminauit.In medio relictū qđ erat po.Ro.adiudicauit.qui uel usq̧ ad nostra tēpora Campus Romanus appellatus ē.huius meminit Cicero atq̧ Val.Maximus.siqs igiť limitē ducat a fontibus Clanii uel a Mephiti adusq̧ Romanū hūc campum:certo nouit confinia Nolana:quæ tum in occidentem plagam protendebantur.quod eo præsertim credere est.ꝙ intra hosce terminos nullum oppidum alicuius nominis extitisse constat.Nostra quinetiā tempestate Nolanū solum fere porrigitur abusq̧ urbe adusq̧ radices dextri ac orientalis Vesuuii cornus:uidelicet ad terminum:qui inter uerrucam:ꝗ nunc Altorellā appellāt:& dextras Vesuuii radices interiacet.Si ergo intellexeris duos terminos alterum ab urbe adusq̧ Cāpū Romanū:alterū item ab urbe uersus Vulturnū uētum protēsum adusq̧ Altorellæ metā:cluseris intra eos oēm australem sortem Nolanæ possessionis.in qua Vesuuii montis iuga:quæ uergunt ad arctū:cōcæpta sunt.cōpertūq̧ sit:nullum oppidū clari noīs tum:qum Nolani florerent:inter Vesuuiū:urbēq̧ Nolā stetisse:ēt manifestū est:omne id Nolæ possessiōis fuisse:quod claudit Limes ductus a Campo Ro.ad uerticē Vesuuii mōtis:ac a uertice ipso ad Altorellæ terminū.At uero ꝙ intra hos terminos cadit Octauianū oppidū.cuius nunc ēt possessiones extenduntur usq̧ eo:quo dexter cornus Vesuuii declinat:ac ubi sunt agrorū confinia Pompeioꝝ:qui hodie sanctus Petrus scaphatæ nūcupatur.iccirco eodē usq̧ promotos Nolanos agros fuisse:par est.Nāq̧ ꝗ Octauianoꝝ sunt:qum ipsi fuerint prius Nolani pagani:posterius uero Octauii Augusti:a quo nomen id sibi traxisse uidentur ea omnia Nolanorum dominatu subiecta fuisse oportet.a uertice itaq̧ Vesuuino per orientalē eius cornū ad Pompeioꝝ confinia deductus limes:atq̧ ꝑ leuum adusq̧ Cāpum Romanum porrectus clusit oēm meridionalē Nolanoꝝ agrorum possessionem. Adhæc uersus ortum uernum uia:quæ ab urbe Laurinium oppidum fert:nunc etiam euntes campum Nolanum calcant:quousq̧ ad fossam quandā turrēq̧ peruenerint:ꝗ sub colle australi Gecalæ erecta est:quæq̧ Martiani Turris appellatur.hic.n.sunt confinia Nolanoꝝ & Lauriniensium.ducatur itaq̧ linea a cornu Leuo orientaliq̧ Vesuuii:confinibusq̧ Pompeioꝝ:ac scindat de mōte Sarno oēm eum cornum:qui uersus est ad occasum;ꝑtēdaturq̧ usq̧ ad hanc Martiani turrim:ipsa terminabat Nolanum cāpum ea pte:ꝗ est ortus hybernus.ab urbe quinēt uersus æstiuum ortum recta euntibꝰ finis Nolani agri etiā nunc occurrit illic:quo declinans finit collis Ve-

sciani:in eo.n.angulo iacent cāpi Thophineusium & Gallensiū. Tophi-
nū.n.& Gallū pagi sunt Nolani.Proinde limes ductus a turre Martiani
super colles adusq; declinationem cornuq; collis Vesciani clusit Nola-
nū agrum:qui uergebat ad ortum uernum & æstiuum.Ab hoc demū ip-
so cornu ductus limes adusq; Clanii fontes Mephitim ue:unde profecti
fueramus:ēt nr̄a tempestate terminat agrū Nolanū:qua spectat septen-
triōes.Hos fuisse agros Nolanorū:exactiore rōne ausim asseuerare.Q ð
si nr̄a tempestate in eo agro sunt in occasu Marianū:uel ut aiūt: Marilia-
nū:& Pompeianum:quod Pomilianū nunc appellant:ad meridiem uero
sancta Anastasis:ac Sūma oppidum:& Octauianum:q̄ intra radices Ve
suui i existēte:itē ab oriente Palma oppidum:& Democella:q̄ ad radices
Sarni montis est:qua is uergit in occasum:atq; postremo a septentrione
Titianum:qd Cicianū uocant.nihil inquam hæc turbant eos: qui dicti
sunt agroꝝ fines.Oia.n.ea oppida fuere pagi & uillæ ruraq; Nolanoꝝ.q̄
a Romanis empta(ut fit)aut rapta cœpere primū seorsum:atq; p se age
re:deinde paulatim crescere in speciē oppidi.Demum declinante Nola-
na potentia:partē Nolani agri ueluti proprio iure:quā nunc possident:
occupauere.licet hoc ipsum discere a.T.Liuio.Sylla iquit:Nolam a Sā
nio recæpit.& legiones in agros captos deduxit:eosq; illis diuisit. a Cice
rōe quoq; li.xiii.eplarū est cognoscere:hæc fuisse Nolāorū.scribit.n.hoc
pacto & alicui des negociū:qui quærat.Q .Faberi fundus : nunquid in
Pompeiano Nolano uenalis sit.Est aūt Pompeianū Nolanū:quod Pomi
lianū hodie uocant.In quo Cicero addidit uerbum Nolano:ne si scripsis-
set in Pompeiano solum:intellectum fuisset in pompeianoꝝ agro. Fuisse
aūt aliquos agrestes Nolanos:ēt Liuius docet.dictator iquit.Cl.Petilius
in Campaniā reditum fecit:maxime ad Nolam armis repetendā.eo se in
tra mœnia sub aduentu dictatoris:& Sānitium omnis multitudo: & No
lani agrestes contulerant.Vera quinimo eē ea:q̄ diximus de agris:ex his-
ce:qui uelit:coniectari ualuerit.labefactatā.n.multis tēporū iniuriis No
lanā rē excæpit posteritas:atq; recordata Nolani noīs:tū pudore tū reue
rentia superioris urbis excita ēatq; testificata quodā mō Nolanorū ius
& dñationē in hæc ipsa oīa loca:q̄ ausa sūt:tāq; fugitiui a dñis: atq; mēbra
a corpore abducere se.Nolæ nāq; urbi uel maximæ afflictæ cū oīa hæc:
tū alia quoq; plura oppida obnoxia fecit.ut nō modo iure ciuili: sed etiā
pontificio regerent̄ ab ea.qd usq; ad nostra tēpora seruatū est. q̄q; aliqua
eorum nunc iura ciuilia nō capiunt aburbe:cuncta tñ̄ dicto parent ac pō
tificio iure a Nolanis gubernant̄.Marianū.n.pōpeianum:sctā Anastasis:
Vallis:Sūma oppidum iure pōtificio urbis sunt Nolæ.Octauianum ue
ro & Palma utroq; iure gubernant̄ ab urbe.Laurinium uero Bouianū:ac
Abella oppidum:quæ extra agri Nolani fines erātēt utroq; iure ab urbe
Nola regunt̄.at Montefortium:quod intra ualles & cōfinia Hirpinorū

extructũ oppidũ ẽ. Iure cõi solũmõ ab urbe nr̃a moderatᷓ. Ticianũ aũt I causis solis crimialibus Nolão iudici paret.a Stabiis demũ quotãnis magnus atq; albus agnus cũ cornib⁹ auratis Nolã ad p̄sulẽ mittiᷓ.

Vbi locoꝝ Stabiæ fuerit.& uñ nomẽclatura Vesuuii mõtis. Ca.xi.

EA:quæ antedicta sunt:iam postulant:ne amplius differamus docere ubi nã loci antiquæ Stabiæ stiterint:sitæ ue fuerint. Nãq; clari uiri sunt:q scribunt:Stabias esse:qđ Castellũ maritimũ:aut Castellũ ad mare hodie uocãt.qđ uerũ nõ est. In quo:ut ea res apertius intelligaᷓ:audire oportet ea:quæ Galenus li.v.curatoriæ artis de Stabiis scripsit.solus.n.is rem omnem explicuit q̃ enucleatissime.cuius uerba hæc sunt.Stabiarũ sedes ad mare adiacent:atq; ad imũ littus Surentini sinus.qui Surentum Neapolimq; interfluit.& si Stabiæ potius a Surentino latere sint.Est aũt in toto hoc latere magnus collis:atq; oblongus:excurrẽs in mare Tyrrhenũ:atq; sensim declinans occasum uersus.nõ.n.recta in meridiẽ protenditur. Idem mõs tanq̃ tutũ uallũ obiectus orientalibus uentis Vulturno: Subsolano:atq; Aquiloni:ipsum sinũ tuetur.Q uinẽt eisdẽ Stabianis sedibus cõiungitur mons alter excelsus:q prope imum littus ipsius sinus est:quem montem antiqui Romani scriptores:atq; qui nr̃a tẽpestate sunt elegantiores: appellant Vesuuium.Verũtñ celebre atq; nouũ nomen monti Lesbius est. oĩbus notus est.q; a profundis sedibus ignem excitũ cacumie hiante eructat.qui(ut arbitror)plurimũ cõfert ad deficcandũ aerẽ:qui ea loca circundat.q̃q̃ ẽt absq; eo igne idẽ aer suapte natura siccior ẽ.Q uando neq; lacus aliquis:neq; paludes fluuiusue alicuius momẽti residet:fluit ue aliqua in parte sinus.uentis uero cunctis:qui ab arcto occasu ue æstiuo perflant:Vesuuius is ut prouallum obest:inter imum sinum atq; arctum excurrens uersus uernum occasum.sæpe quoq; numero cinis ab eo eiectus: adusq; mare deuenit:quæ sunt reliquiæ combustæ iã materiæ : atq; eius: q̃ nũc ẽt cõburiᷓ.hæc oĩa aerẽ illũ saneq̃ siccum reddunt.Hæc Galenus. q̃ sicuti nullo pacto congruũt Castello maritimo:ita exactissime consentiũt cũ eo loco:q Turris nunciatæ nũc appellaᷓ.Castellũ.n.maritimũ nõ est in imo sinu:sed in latere:atq; intra montẽ Gautũ:q in Tyrrhenũ mare p̄tendiᷓ:ac parũ distat a Gaurano oppido:qđ corupte dicunt Granianũ. parũ ẽt abest a Surento.Turris uero nunciatæ in ipso imo sinu est: q̃q̃ limite dirimente sinum atq; eius imũ littus in duo latera:hic Surentinum: hinc Neapolitanum:ipsa Turris magis est a latere Surentino:sicuti Vesuuius a latere potius ẽ Neapolitão.Q uinẽt agri Castelli sub Gauto mõte patent: atq; citra hosce sedet ager Pompeioꝝ:quos Sarnus fluuius alluit.Vesuuius uero multo occidentalior ac citerior Sarno fluuio iacet. Q uãobrẽ Vesuuius nõ coniungiᷓ cũ Agro Castelli interiacentibus Põpeiis.contra uero ager Turris in eadẽ ora contineᷓ:q citra sarnũ fluuiũ

est:atq; dextrũ orientaleq; cornũ attingit Vesuuii.is.n.ager īter Vesuuii dextrũ cornũ atq; hostia Sarni extēdit. Quinēt ignis & cinis ignescēs q a Vesuuio ad mare deuoluit̄:p agrũ Turris:nõ aũt p agrũ Castelli descēdit. Quare aer Turris magis q̄ Castelli ab eo desiccat̄. Quinēt Galēi dictis cõsentiunt ea:q̄ Plinius Nepos ad Tacitũ scripsit. Rectũ īqt ipse cursum:rectaq; gubernacula in periculũ tenet adeo solutus metu:ut oēs illius mali motus:oīs figuras:ut deprehēderat oculis: dictaret: enotaret. Iã nauibus cinis inciderat:quo ꝓpius accederet calidior & densior. Iã pumices ēt nigri ambustiq;:& fracti igne lapides:Iam uadũ subitũ ruinaq; mõtis littora obstantia. contãtĩ parũ:an retro flecteret. mox gubernatori: ut ita faceret:monēti:fortes inquit fortuna iuuat. Põponianũ pete. Stabiis erat. dirimit sinu medio. hæc Plinius. q̄ nauiganti uersus Vesuuiũ: turrēq; Nunciatæ contingere necessum ē. ei uero:qui ad Castellũ maritimum tenderet:nõ possunt. semp recta nauigauit Plinius Vesuuium uersus: nec usq̄ reuersus ē:aut aliquo pacto diuertit. petens nãq; Castellũ:diuertisset iter. Quare Stabiæ ĩ ea regiõe erãt:in q̄ turris Nũciatæ nunc est. Est aũt hæc turris oppidulũ cũ uillis & emporiis:q̄ Nolanorũ quoq; erãt: in q̄s abiere antiquæ Stabiæ. ut Plinius testat̄. Verũ hoc oppidulũ paruo tractu distat a mari: Stabiæ uero maiore īteruallo a mari aberãt atq; magis uersus montē secedebãt. Iacet hoc oppidulũ ad imum littus Surentini sinus:atq; ab arcto cornum orientalē Vesuuii:ab occasu uero Heracleam: uel ut alii dicunt:Herculaneũ:quã nunc turrē Græci uocãt. ab ortu Sarnum fluuium. & Pompeios cõfines hēt. Verũ enimuero hĩs:q̄ dicta sunt: obstare uidet̄ Columella canēs. Fõtibus & Stabiæ celebres: & Vesuuia rura. Nã ꝓ circa turrē Nunciatæ nulli sunt fontes:pp quos illa tãtopere celebraret̄. Ni fontes ꝓ puteis: q parũ illic alti sunt: usurparit:a qbus aq̄ illimes hauriunt̄. Nec desunt:q in ea sñia sunt: Columellæ tēpestate plures fuisse fontiũ scaturigines:q̄ nunc exeso littore tegunt̄ a mari. ĩ quo ēt se uidisse aiunt:dulces aq̄s ab ima falsa ueluti bulliētes:id ꝓ crebris ĩ locis exurgere. aut legēdũ ē nõ fontibus sed flatibus. Flatus.n. Fauonii Aphricĩq; illic ꝑpetui atq; placidissimi ĩcrebrescũt a mari.n. eiusmodi flatus & auræ excurrētes Heracleã:atq; Stabias pflãt:ac nullo ĩpediēte mõtis iugo trãseunt ĩ cãpos Põpeianoꝝ atq; Nuceriãoꝝ. Quãobrē omni ei oræ: ĩ q̄ Stabiæ sunt atq; Heraclea:summã eũ amænitatē tũ salubritatē pariunt. ut ēt Strabo & Galenus testant̄. neq; silētio ꝑtereundũ ē capraꝝ lac huius Vesuuianæ oræ:qđ Stabias quoq; īdicat. nõ qdē īquã:quia Galenus primus id summope laudauit:eoq; plurimos curauit:uerũ ēt qđ a salubritate laudatũ erat (ut idē autor scriptũ reliqt) atq; iccirco ĩ usũ magno priꝰ habitũ fuerat: Galenus deīde cõmēdauit:scm̄ ē:ut magnope hoies uterētur. qđ usq; ad nostra tpa seruãt Stabiani atq; Heracleēses. pascunt enim per radices iugaque meridionalia Vesuuii montis plurimos caprarum

greges : idq ad usum solũmodo lactis:quod perparum coactũ tenerri-
mumq fiscellulis planis excipientes:ad circũpositas urbes conuehũt co
tidie:ad quas statim tempore matutino facile peruenire possint. proinde
Neapoli:Nolæ:Sarni:Nuceriæ.caterisq in locis uicinis haud pluribus
xii.passuum milibus magna pressi lactis copia Stabiani diuẽditur. Quã
quam hoc ipsum potius Heracleensis quam Stabiani nunc factitẽt . hi
enim perpauci sunt: Heracleensium uero populus multo maior.Illud in
super minus prætermittendũ est.quod Galeuus superioribus monstrauit
inter scribendũ.Monti ait Vesuuio nomẽ esse Lesbiũ insigne atq nouũ.
Nãq mutata littera.L.in.B.atq.V.uocali iterposita fit de uerbo Lesbius
Besubius:ac deinde Vesuuius.latina.n.oratio non facile patitur lr̃am.S.
ante.B.sicuti.S.cũ.P.frequentissime coniungit.Lesbius itaq appellatus
mons est:q in eo Lesbii patria exeuntes aliquando incoluere.quod ueri
simillimũ est.siquidem legitur apud Solinum:Lesbios imperiũ maris ali
quando tenuisse:ipsumq amissuros multo antea Sibyllam Erythraeam
præmonuisse.aut qm̃ Lesbii ob quandam orationis turpitudinẽ infamã
tur a scriptoribus.unde Lesbizire:prouerbiũ factũ ẽ:quod est inquinare
cum os : tũ alia aut iniustis aut obscœnis dictis. & alterũ prouerbiũ: Les
bis digna.qum fœda inquinata:turpia:iniustaq significare quisquam ue
lit.Vesuuius enim cacumine hiante tanq̃ ore aperto cineres ignesq eru-
ctans fædat omnem oram:quæ ei subiecta ẽ.Nec ignoramus in quibus-
dam codicibus etiã antiquis scriptum esse Besbium.atq plærosq dixisse
Besbiũ non Lesbiũ.In quo siq sint:q magis amẽt legere Besbiũ q̃ Lesbiũ:
ne crebro accæptã dictionẽ mutent:nihil moror:mõ uideant pq̃ facile di
lucideq uerbũ Besbius ẽt deductũ esse a uerbo Lesbius rõne atq modo:
quẽ diximus.Nec erit abre arbitrari Besbiũ dictũ eẽ nõ a Lesbiis: sed ab
duce aliquo Pelasgo:q in eo monte dñatus aliqñ:fecit loco nomẽ.Pelas-
goꝝ.n.nomẽ Besbicos unũ ex ꝓpriis ẽ.ut Stephanus scribit. a quo noie
lr̃a.C.exẽpta Besbius remãsit.Neq qnẽt ueri dissimile ẽ.Besbiũ dictũ eẽ
a gigãtis noie Besbicos:q nomẽ ĩdidit ĩsulæ puæ:q̃ ꝓpe Cyzicũ extat.ut
idẽ autor refert.mõs.n.Vesuuius:qũ usq ad imũ ptusus cauernosusq sit:
uĩ ẽt excauatus eẽ.q̃ opera sola gigantoꝝ eẽ credit.gigãtes.n.quoꝝ prin
ceps fuit Besbicus:legunt excauasse littora:atq p maria deuoluisse saxa:
ut hostia Rhyndaci fluui clauderẽt.Ex quo noie lr̃a utraq.B. mutata in
V.cõsonã atq altera uocali.V.iniecta effectũ ẽ uerbũ Vesuuius . Q đ si
prisci fauillas nũcupauere uesuias.ut qdã arbitrat latin⁹ Grãmatic⁹:erit
Vesuuius latinũ uerbũ:dictusq Vesuius quasi fauillosus ob crebras fa-
uillas:qs eructare oli solebat.cui addita lr̃a altera.V.fit Vesuuius. & mu
tata utraq lr̃a.V.i.B.fit Besbius.Adhæc licet hoi latio uerbũ idipsũ exq
site mõstrare:latinũ eẽ:cõpositũq extrib⁹ ut ne pticula adauctrice:& sus:
dictiõe:q̃ motũ ad supiora ostẽdit:& uia:noie:qđ iter uult significare.hoc

ē mōs:ī quo p q̄ arduū surſū iter ſit.ſiq̄ñ cacumīa Veſuuii aſcēdere uolēti bus ardua ad ſcādēdū iuga deiceps occurrūt.ueluti Ioānes Antōius Dōdus Cremonēſis uir oī lrāꝝ gñe redimitus iterptatus ē.Q uare a loci ꝓprietate factū nomē ē Veſuuius.a quo & pmutationē & p exēptionē lraꝝ rū & Besbius & Veſeuus attēdere q̄ facillime pt.Verūtñ q gēs Cāpana antiqor fuit Græca q̄ latina:placet locoꝝ noīa antiqſſima Græca potius q̄ latina eē reputare:atq rōnibus Græcis magis q̄ latinis iterpṫari.

De ſtudio & bñuolētia Diuina erga Nolā. Ca.xii

QVis:Rogo:nō aſſeuerare fuerit auſus:illud fauore Diuino, quodā cōtigiſſe laribus genioq ac ſedibus Nolanis. Secundo.n.bello Punico tū ꝑſertim:qū res Romana ubiq terraꝝ afflictata eēt:maxia clade ad Lacū Thraſumenū: & illa omniū truculētiſſima:q ad Cānas ſuſcæpta ē.extaretq Annibal cūctis tū terribilis:tū oibus apperet iuictus:Nolæ dūtaxat cōceſſum fuit a deo optio maxio:ut in eius cōſpectu Annibal primū Rōanis Nolāiſq terga uerteret:uiciq poſſe mōſtraret:atq deide ſæpius apud Nolā reiectus: uictus: atq in caſtra fugiēs reclusus ſit.q nullis unq̄ antea ī totq̄ geſſit:bellis uertiſſe terga hoſti legit.Q uæ nota tanta fuit:ut cæteris illius belli tpibus nō ſolū ſupior nuſq euaſerit Annibal:uerumēt lōge īferior hītus ſit:ac ueluti pedetēti cōſeneſcēs tādē ꝓpulſus ſit Italia.Apud Nolā quoq mīmo abfuit Annibal:ut a Marcello obtrūcaret,iterūq illi arma ferenda feretrio Ioui daret.Verūtñ īreti ipſe piculū euadē reliqt pueꝝ dilectiſſimū Cynipa deliciaſq ſuas.Cui caſſidē.L.Pauli dono dederat:quo obtrūcato ab illuſtri iuuene Pediano Patauino:iſignis illa galea Rōanis reſtituta ē. Q uis nō ēt nutu diuino illud urbi Nolæ eueniſſe affirmauerint:Cæſarē Auguſtū ī ea diē claudere.quo ī obitu(ait Dio)ſtellas comatas atq ſanguinolētas uiſas eē.Q ua ꝓ re a Tyberio tēplū Auguſto erectū atq dedicatū ē Nolæ.ut idē autor atq Suetōius ſcribūt.noſq eius ſedes & ueſtigia uidimus.Q uis ēt nō ad deos referat:rē Nolanā ſpectātes uaſta illa ī cēdia Veſuuii mōtis accidiſſe tēpeſtate & īperio potius Titi:q liberalitate & bōitate ſua peſſundatā ab illa cōflagratiōe Cāpaniā reſtituit.ut Suetonius autor ē.Q uoꝝ maloꝝ nō puā ptē Nola ſortita ē.Nāq tā & ſi ī urbe nihil dāni ſuſcæptū ē:in pagis tñ:q circa Veſuuiū erāt:detrimēta multa ſubiuit.Ni illud mlto benignius exiſtimādū ſit:Nolā ipſam nō eis aliis ue Veſuuinis īcēdiis deletā eē:ueluti Heraclea & Pōpeii fuere conſūpti. Agrū quoq urbēq Nolā a torrēte Abellāo defenſam eē:qū illi ruēti q̄ſi obex collis oppoſitus ſit:ſola benignitate & uolūtate diuina actū eē:īpiū ē:ire īficias.Magna qnēt bñuolētia Nolā agrūq Nolanū dii ꝓſecuti ſunt: ubi ꝓfuſiōe q̄dā nō ſolū liberalitate tot gr̄aꝝ hūc adhornauere: q̄s tū qs a deo optimo ꝑfectas eē:euidētiſſime uiderit:qū īnūeras urbes agros ue cōpererit oibus aut plurimis eiuſmodi gr̄iis priuatos.Demū q̄s nō aſſeue

rare auſ t:ēt illud ſtudio atq decreto quodā diuino eē Nolæ tributū. Neminē in Italica terra tēpeſtate priſco regē aut ducē iſigniri hornariq excellēti corona potuiſſe:niſi illā illi Nola miſiſſet. Siqdē melilotō:quā ſertulā Cāpanā nři uocāt.herba florida ē:ac in Italia laudatiſſima ea ē:q in Cāpania naſcit̄.coronas ex hac antiqtus factitatas:idicio ē nomē ſertulæ:qđ occupauit:ut Plinius reſtat de coronis ſcribēs. Verūtñ Cāpana appellata ē:q circa Nolā pulcherrima Italicaꝝ oīum orit̄:ut Dioſcoridem docuiſſe:memorauimus. Arabes aūt ſecuti potius uſum nomēclaturāq Italoꝝ q Græcoꝝ etymologiā:herbā eā appellauerūt Elcilelmelicā: q uox q̄drat cū latina uoce:q corona regia ē.ut iterp̄tatus ē Symo uir Arabicæ linguæ pitiſſimus. Quāobrē ex herba ea coronæ regū uel ſerta cōrexebātur ſed e laudatiſſima:quā ſolūmō Nolanū agꝝ ferre:benignitati diuinæ placitū ē. Neq mos coronādi ille uetuſtiſſimus apđ Nolāos deletus obliuiōi ue traditus ē. Vere.n.adoleſcētuli puellæq ex ea herba florētiſſima cōcinne afabreq̄ itexere corollas:illiſq capiti apre ipoſitis cātādo tripudiare ſolēr. Illud quoq ad bēignitatē diuinā referēdū:q Nolæ urbi nō mō alia multa:ſed ēt ui cāpanas iueniēdi largita ē:ut opa Nolana ubiq terraꝝ ſacrificiis atq cærimōiis:q cū diuis: tū ipſius erga maieſtatē agerēt & hornamēto & adiumēto forēt.atq ur parū dignæ reputabāt̄ regū coronatiōes:niſi ſertula Cāpana fuiſſet irexra:ita diuīa officia ut occulta trāſigerent̄:ni cāpanæ illuſtrarēt̄ uocalitate. Nā ut ſertula nūcupata ē Cāpana:q Nolæ optima orit̄.ita id ſemiuiuū iſtr̄m cāpana nūcupatū ē:q Nolæ iuētū.atq eā obrē Nola ſibi iſigne ſolā cāpanæ figurā aſſūpſit: atq p̄tulit.qđ uſq ad nřa tpa i faciēdis ſigniſ uſu ſeruatū ē. Quas ob res Nolā ſedeſq Nolanas magnas ſacraſq eē auſim affirmare:ſi ſacra magnaq ſolū aut añ alia dii & ſpectār & colūt & amant.

De Nolāoꝝ fide:ſemelq icæpta amicitia ac ſemp ſuata. Ca.xiii.

Illud inſitū eſſe Nolanis igeniis:cōptū ē:fidē datā atq ſemel icæptā amiciciā ſemp ſuare:idq ad ultimū uel icidētibus imminētibus ue piculis maximis:patriæq ipſius expugnatiōe ac iteritu.bello nāq Sānitico Nolāi fædere & amicicia cū Sānitibus cōiuncti:nō eā prius frangere ſoluere ue uoluere:q incurſiōes in agrū paſſi ſint ſuū:multitudinē Sānitiū in urbē:ut municipes pprios recæperint:incēdia oīum ſuburbioꝝ ſpectarint:demū urbē ipſam expugnari atq capi uiderir.tulere Nolāi hæc oīa:qū a Cl.Petilio dictatore urbs Nola capta ē.ut autor ē.T.Liuius.ſecūdo deīde bello Punico quātā fidē Romanis Nolani ſeruarint:mōſtrauit tū Hærēnius baſſus:quū rñdit:multa pmittenti:ut ſe darēt:Annibali:hiſce amici ueri uerbis. Multos annos iā inter Romanū Nolanūq po.amiciciā eē:cuius neutros ad eā diē pœniteret:& ſibi:ſi cū fortuna mutanda fides fuerit:ſero iā eſſe:mutare eā.dedititis ſe Annibali non fuiſſe accerſcendū Romanū pſidiū.

cum iis:qui ad se tuẽdos uenissent:& oĩa sibi esse consociata:&ad ultimũ fore.hæc ille.quæ oĩa facto cõprobata ostensaq̃ sũt.nã q̃ postq̃ Nola capta fuit a Cl. Petilio: cũ Romanis amicitia usq̃ adeo magna stabilisq̃ ia cta fuit:ut nusq̃ ab eis aliqua fieri potuerit alienatio.Et in eodẽ bello in fide manẽtes Nolani:sæpe se patriãq̃ summo periculo exposuere. ter enĩ Annibal Nolã sũmo conatu aggressus ẽ.In quo nemo magnitudinẽ Nolanæ cõstantiæ æstimare certo q̃rit:nisi qui senserit:pauescere Romanos: Romãq̃ totã contremiscere tũ:qum Annibalẽ castra aduersus urbẽ Romã mouisse nũciatũ ẽ.Q uinẽt.Capua Sãniũq̃ Annibali iã dedita exclusam Nolã a Romanis(qum ipsa interiacerent)prope fecerũt:atq̃ eã fere undiq̃ hostilibus circundedere .nec ob hæc ipsa unq̃ a fide discedere placitũ est Nolanis . sed potius in fide manentes totũ fere Sãniũ incursionibus deuastauere.Neq̃ si plebs Nolana spe effugiendi incõmoda: q̃ obsessi ferre solent(Annibali.n.fauebat)ideo Nolana res infida est habẽda.urbs.n.ciuitasq̃ proprie illud est:q̃d caput ẽ:atq̃ melior ps: q̃ senatus & primarii urbis existunt.sicuti.n.in exercitu oẽs milites imperatorẽ ducẽ ue secũt̃:qualisq̃ hic fuerit:talis exercitus æstimat̃. q̃q̃ pleriq̃ milites auerso sint aĩo.Similiter habet res in urbe atq̃ populo.Q ualis uidelicet fuerint senatus primariiq̃:talis cũctus populus est habendus.uel si ab illis auersa fuerit plebs ignara atq̃ timidula.Nũ maiora polliceri offerre ue Damoni Phintias ualuisset iis:q̃ po.Romano Nolani obtulere. & milites paratos ex formula esse:& si pluribus opus esset:plures daturos . & q̃cquid aliud imperaret uelletq̃ po.Romanus:enixe facturos : ad id sibi neq̃ opes deesse:animum etiam superesse.Priuatæ uero conditionis hominis fides & constantia quanam inferior fuit illa.L.Bantii:qui po.Romano ne fidem solueret:datumq̃ locum in ea pugna:quæ ad Cannas cõmissa est:linqueret:maluit ab hostibus obtrũcari.quare uulneribus ꝓpe confossus inter occisos semianimis inuentus est.Idem deide recordatus ueteris amiciciæ Romanæ monente Marcello adeo cæterũ eggregie se gessit:ut nemo socioꝝ rem Romanã fortius ac fidelius iuuerit . testis est T.Liuius.fidei demum seruandæ Nolanis insitũ ingeniũ causã potissimũ fuit:ut sæpius urbs capta expugnataq̃ sit:desciuerit nunq̃.Ita ergo se habens:primum a Cl.Petilio magno cũ damno capta est tum: qum bellum Samniticum gestũ ẽ.Deinde bello sociali:qum.L.Cæsar cos.male aduersum Sãnites pugnauit.tum.n.Nola colonia in potestatem Samnitiũ cũ L.Posthumio prætore uenit:qui interemptus est. Tertium Ciuili bello: ĩ quo Marianis partibus hæsisse uidentur Nolani.tum enim Sylla Nolã a Samnio recæpit:& legiones in agros captos deducens:eos illis diuisit. Q uarto a Mauris Vãdalisq̃ ãno post augustũ q̃tercẽtesimo ac q̃nq̃gesimo:quo tpe Paulinus Nolæ eṗs erat:urbs oĩs direpta atq̃ uastata ẽ. Anno quoq̃ fere millesimo q̃dringẽtesimo post Aug.decẽ & octo mẽses ob

sidionẽ regiarum copiarum pertulit Nolana ciuitas: ne Nicolã Vrsinũ regulum suum proderet. Paucis annis post illud facinus præteritis Blasius quidam: qui cum turmis militum aliquot mane summo capta clanculum urbis porta: Nolam intrauit. regiamq; militibus circumsepsit: ut Raimundum Vrsinum Pyrrhi filium manu caperet. erat.n. is tũ puer ac Nolæ regulus. eo.n. capto sperabat Blasius urbe potiri. Nolani uero id sentientes facto ciuium armatorũ cuneo statim tẽpore Blasium aggressi sunt: eumq; urbe pepulere: ac regulum seruauere. Porro nr̃a tẽpestate qum Carulus. viii. Gallorũ rex deiecisset de regno Ferdinandum Neapolis regem: fractæq; uel potius extinctæ essent regiæ uires: atq; confugissent Nolam Verginius atq; Nicola Vrsini genere: atq; Ferdinãdi duces illustres: quorũ Nicola auus tuus Nolæ regulus tũ erat: pauloq; post huc aduentassent turmæ aliquot equitum Gallorum: qui recepti sunt a ducibus hisce in urbem: posteraq; die duces ipsi a Gallis capti essent: dicentibus eos iure belli capi debere: atq; icc irco uolentibus illos ab urbe abducere: Nolani obstiterunt: postulantes ne regulos suos extra urbem abducerẽt: quousq; ab eorum Rege decretum esset: an duces iure capti eẽnt: nec ne. de hoc.n. ĩpo lis cõtẽtioq; erat. qbus Galli: ut eorũ animũ: q̃lis eẽt: explorarent: dixere. an dũ id a Rege iudicatũ sit: uos soluere uelitis militibus nr̃is cũctis expẽsas: nãq; si uelletis: nos eos forte nõ abduxerimus. Nolani se id: quod proposuerant Galli: facturos aio pq̃ libenti: respõderunt. at uero Galli metuẽtes sibi: duces eos ab urbe Nola abduxere: minitando Nolanis: q; tantum pro eis regulis aduersum Gallos auderent. Quantum ament fidem Nolani homines: indicat quoq; odium summũ atq; conuicium omnium in eos: qui fregisse fidem cõperiuntur. siquidẽ ubi quisq̃ non seruasse fidem: infamatur: statim tempore a cunctis maximo odio habetur: digitoq; monstratur: atq; illum tanq̃ scopulum quisq; uitat: ac fugit. Qumq; forte cum euismodi fidei corruptore aliquo rixari acciderit: tum palam conuicio proditiõis tanq̃ uehemẽtissimo ictu illum extemplo lacessunt. Adhæc nõ facile in aliis locis tot paria amicorum offenderis: quot Nola semper scatens producit & alit. Neq; cum ciuibus Nolanis solis amicicia percrebrescit: uerum etiã cum externis plurimum solet coalescere. Quod non spe lucri qdẽ Nolani agere usq; sunt cõperti: uelutiq̃ plurimi idipsum de industria & arte quadam factitauere: sed idea & amicicia ipsa sola gaudentes.

De studiis Nolanorum. Cap. xiiii

IN omni recte constituta atq; ordine fundata Re.pu. quinq; studiorum genera semper antecelluisse: cõpertum est. Diuinorum cultum: philosophiã: artẽ militarem: agriculturam: atq; mercaturam. hæc oĩa uel non parua Nolanis tractare placuisse: apertissime demonstratur. Diuino Nanq; cultui

enixe nauatam a Nolãis operam priscis illis sæculis testantur nobilia cõplura templa:quæ in urbe erecta fuerunt. ueluti templum Mercurii:& tẽplum Augusti.ĩ marmore.n.antiquo hisce inciso legimus.L.SATTIO LL.PHILEROTI.MAGISTRO.MERCVRIALI.ET.AVGVSTALI.NOLAE.Tranquillus & Dio scripsere Augusto templum erectũ esse Nolæ.Nos quoq; ut dictum est:marmor quoddam Nolæ effossum uidimus:quod erat incisum hisce litteris.TEMPLVM.AVGVSTI.cætera uero uerba deciderant.Templum quinetiam Victoriæ erectum fuisse Nolæ:illud sacellum indicat:quam hodie sanctam Victoriã uocant.Q uinét in angulo urbis præsentis: qui Vulturno uẽto occurrit: in quo turris Megaldorum extat:sacellum sancti Seruatoris nũc erectũ est:ad decem passus distans a muris.In hoc ipso:ubi sacellum memoratũ est:loco:atq; in tota uicinia:quæ septentrionem uersus extenditur: quousq; uia sese erigens:portam Cortesellam ostendit:terra ipsa eminentior cætero solo extat:ac tanq̃ uerruca exurgit:non quidem naturalis:sed factitia cæmentitiaq;.ex quibus coniectari licet:illic fuisse non arcem: sed templum potius aliquod nobile.simul q; sacellum antiquiusculum superstructum est.consuetudo.n.fuit super uetera:ét noua sacra ædificandi statuendiq;.simul ét quia extra eum locũ uel tractu magno alia complura uestigia antiquorũ ædificiorũ inuenta sunt:q̃ circa templum ædificari potuissent:circa uero arcem non potuissent. Neq; dubitarim affirmare: apud ueteres Nolanos priscos id tẽplum dicatum fuisse Ioui Seruatori: appellatũq; eẽ templum Seruatoris.quẽadmodum apud alios populos tum Græcos tum Latinos Ioui Seruatori fana erigi cõsueuisse.fauet nobis eo pacto tẽ cẽsentibus:loci huius nomẽclatura hodierna uulgarisq;. nuncupatus.n.uulgo semper fuit is locus:ut a senioribus audiuimus:sicuti nunc appellatur etiam:Seruator:nõ aũt sanctus Seruator:retinens uetustiorẽ:non aũt sacelli retentioris appellationem.Extat pra tet hæc uel tempestate nostra templũ quoddam extra urbem ad primum lapidem:q̃ spectat arctum.quod Cœmeterium appellant Nolani.q̃q̃ nomen hoc ipsum Græcum κοιμητήριον significat locum in quo complures dormire solent:quod dormitoriũ aiunt:nõ templum.In tẽplo uero ipso medio ara magna quadrataq; est:quã ambiunt secundum quattuor eius latera aliquanto recedentes quattuor colũnarum ordines:quarũ singulæ binis insidentibus arcubus subiacent.atq; super curuaturas omniũ arcuũ æqua atq; terminata cõtinuitas est:nõ exurgens in parietem. triangula uero : q̃ acciderunt inter binos quosq; arcus:repleta sunt fabrica lateritia.totũ ita q; hoc opus:quod per arcus columnis insidet:crustationibus uitreis opertum est.tesserulæ.n.uitreæ quarũ uersicolores aliæ:aliæ uero atq; q̃ plurimæ deauratæ sunt:graphice compositæ cõpactæq; uarias rerum picturas præsentant.q̃q̃ a plusculis locis cecidit eiusmodi crustatilis picturæ

longitudine temporis dissoluta. Præter hoc uermiculatũ antiquũq; opus basilica grandis recentiorum more ædificata est: ambiens tegensq; memoratũ opus antiquum. atq; inter antiqui operis columnas: aliqua sunt marmorea sepulcra ad quattu or pedes supra pauimentũ extantia cum inscriptionibus multorũ diuorũ in eis tumulatoꝝ. Extra uero basilicam nouã multæ compertæ sunt reliquiæ ædificioꝝ ac marmora: quæ significant magnitudinem ac dignitatem antiquæ loci eius fabricæ. Quinẽt circa eandem basilicam paruo interiecto spacio sacella quædam extant nouissimo ædificandi more erecta uiliaq;. quãq̃ eoꝝ aliqua sunt aliquantũ humi depssa. quæ res antiquitatem præseferre uidetur. omnia igiẽ ea indicãtia sunt illius sacri sanctiq; loci dignitatem. licetq; spectantibus certo coniectari: illic stitisse fanum pulcherrimũ atq; ditissimum cum sacerdotum assidue deum orantium cœnobio ac (ut aiunt) dormitorio. Viris. n. recte sacris initiatis duo loca satis eẽ: alterum in quo faciant sacra: alterum ubi corpora curent. structura aũt illa antiquæ aræ uidetur esse ætatis sexcentoꝝ annoꝝ. siquando compertũ est opera eo modo tessellata per ea increbruisse tempora. nomen aũt loci Græcum unlt antiquiores cærimonias significare: atq; eas: quæ tum fiebant: qum urbs Nola ciues Græcos alebat. solita sunt nãq; & Romæ & in plærisq; aliis locis templa atq; loca sacra seruari: atq; ut fuerant dicata antiquis quibus uis mysteriis: ita in usũ meliorem recentiũ posterarũq; cærimoniarũ admitti. Quoniã uero legitur in historia diui Felicis Iunioris de templo Apollinis quodam: quod prope urbem Nolam erectũ erat. ubi responsa Apollinis per uerba uatũ dabantur. quos: ubi ad eos uenit Felix: rogando mendaces arguit. quãob rẽ spreto Apolline imago eius deiecta ẽ etiã a sacerdotibus tẽpli ipsius: consentibus uitam ac uerba Felicis a deo uero proficisci. inq; eo oratorium constitutũ ẽ. qđ a posteris Felici dicatũ ẽ: atq; noĩe eius quotãnis celebratum. idq; seruatum adusq; nostram tempestatem. Nõ ab re igitur credere ex hisce quisq; potest: templũ hoc Apollinis fuisse: quod nũc cœmeterium uocant. Ad hæc templũ Iouis in urbe Nola extitisse cõpertũ ẽ: tũ quod deoꝝ princeps Iupiter erat: tũ quia repræsentatur ẽt nunc bellum giganteũ in eo templo: quod Nolanũ nunc est episcopium: atq; basilica princeps. Alia plura extitisse Nolæ egregia fana: credere ẽ. Nãq; si a Nolanis duo nobilissima amphitheatra constructa sunt ad studia cultumq; atq; uoluptatem: longe liberius & tẽpla multa atq; magna superbaq; ab eisdem erecta dicataq; diis fuisse: consentaneum est. quæ iniuria temporum deleta sunt: monumentisq; literarũ carent. Verum hæc: quæ dicta sunt: mõstrare satis possunt: quantum operæ a Nolãis hoĩbus perpetuũ q; diuino cultui nauatum sit. Philosophiæ uero Nolanos magnam operam dedisse ex hisce cognoscere est. ciuitas. n. in duas diuisa erat partes: senatum atq; plebem. hæc paret: ille regit. regere uero. qui usq̃ quisq̃ põt

senatus absq; legum peritia:absq; historiaꝝ cognitiõe:absq; arte dicendi:accusatur.n.defenditur:suadeť:dissuadetur:laudatur:repræhendiť:in quibus omnibus insita est philosophiæ pars princeps:quæ prudētia ē. Qui etiã Nolæ duo amphitheatra fuisse:in quibus fabulæ pꝛter cætera recitabantur & poemata.poeticam uero cũ philosophia una incolere monet Synesius scribens ad Nicandrum.Et Aristoteles censuit poetã philosophũ esse.proinde omnis antiqua philosophia solis poetis tractabatur Homero:Hesiodo:Orpheo:Empedocle:Parmenide:Melisso:Arato:Comicis Tragicisq;.Quãobrē Plutarchus præcæpit:philosophaturos adolescentes a poetis incipere.siue.n.Comœdiam:siue Tragœdiã siue quod uelis poema antiquũ spectes:maximã philosophiam inueneris:& rerũ humanarum atq; diuinarũ scientiã.Humano aũt generi insitũ esse in abstrusum est:ut eorum:quibus quisq; audiendo fuerit delectatus:idem autor esse percupiat:ut alios delectet.Qua pro re fit:ut qum rem gratam miramq;:nãq; quod mirũ ē:id gratũ ē:audiuerimus:quæramus alios:quos eadem uoluptate referendo afficiamus.delectati igiť hoĩes audiendo fabulas:easdē componere ac edere referreq;:ut alios oblectent:amant:& gaudent.uolunt itaq; facere fabulas:quos iuuat:illas audire:Et qui uolũt:idē studenr:idem philosophantur.Sicuti in omnibus hominum actionibus compertũ est:quæ earũ apud quoscunq; honore præstiterint:eas multos magistros genuisse:aluisse:auxisseq;.Poesim igitur:qum magno honori sũmoq; loco apud Nolanos habita est:aliquot ex eis reddidisse poetas necesse ē.plurimũq; apud eos esse philosophatum.Quod si Atella:q̃ hodie Auersa diciť:ut autore Stephano cognoscere ē.quæq; distat ab urbe Nola sexdecim milia passu. potuit nomen Comœdiis quibusdam facere.Nãq; comœdiæ Atellanæ fuisse leguntť:risum ex iocis saltationibusq; aptissimis cõmouentes . qur Nolam multo illustriorem q̃ Atellam nõ huiusmodi histrionicis:sed honestioribus studiis indulgere minus iuuerit:atq; poetis & philosophiæ incumbere? Adde Nolanos genere Græcos:ut dictũ est:fuisse:mõstrabimusq; cũ elegãtia uixisse.quare ex hisce opinãdũ:ita natura constitutos fuisse:ut scientiaꝝ oium studia exercuissent . sicuti de Neapolitanis idem atq; eadem de causa censuit Philostratus.Artē aũt militarem enixe minusq; inglorie tractauisse Nolanos:testatur primũ tēplum:quod Victoriæ in ipsa urbe Nola erectũ dicatũq; est.testatur societas cũ Samnitibus.testantur exercitus extra urbem missi.item incursiões in hostes.Sãnium.n.semiustum ē a Nolanis incursantibus duce Marcello.Quinēt extollunt Historici.L.Banciũ Nolanũ.erat uir acer & sociorũ ea tēpestate nobilissimus eques.quo memo rem Romanã fortius ac fidelius iuuit.Is igitur unus cæterorũ Nolanoꝝ ingenia martialia fuisse:facile indicare põt.tantus.n.uir accēdere reliquos uel timidos ualuit.cui sua ipsius gloria tũ plurimos peperisse æmulos:tũ multo sectatores imi

tatoresq; credendum est. si modo iter Nolanos nusq̃ quisq̃ alius exercuisset arma. Simile enim & in aliis artibus fieri solet uel in eadem familia uel ciuitate. a magno. n. unius fulgore cæteri quodam modo illustrantur ac eriguntur. Verũenimuero qum alias tum præsertim ea tẽpestate Nolani ferociores armis uiguere: qum auxere usq; adeo copias Marcelli: ut coactus sit I pugna Annibal sæpius apud Nolam terga dare uincẽtibus. Q ui enim potuisset usq; prætorius exercitus cum Annibale totis castris pugnare: eumq; in fugam uertere: ni maximum Nolanorum robur acies Romanas auxisset ac æquas Pœnis reddidisset? si nõ uerius fuerit: uictũ esse Annibalem a Nolanis adiutore atq; duce Marcello. Marmora quinetiam martios Nolanos fuisse testantur: quæ passim cum incisis Ducum nominibus dignitatibusq; comperiuntur in agro Nolano ac in ipsis urbis sedibus. ut illud. P. SEXTILIVS. P. F. FAL. RVFVS. AID. ITERVM. II. VIR. Q VINQ. POMPEI. DECVRIO. ADLECTVS. EX. VETERIB. NOLA. AVFIDIAE. ST. F. MAXIMAE. MATRI. L. PETRONIO. L. F. FAL. VERO. VITRICO. DECVRIONI. NOLA. EX. TESTAMENTO. IIS. CVL ↀↀ. ARBITRATV. FIDI. L. extat alterum I hæc uerba. CVRIATIO. L. F. FLAMINI. DIVI. AVGVSTI. PRIMI. PIL. TRIB. MILT. II. PRAEFE. CASTR. PRAEF. FABR. ARBITRATV. HYACINTHI. LIB. hic Nolanus fuisse mõstratur eo: q; flamen Augusti fuit: cuius tẽplũ Nolæ solũmõ erectum fuisse cõstat: non etiam in cætera Campania. in qua dignitate Nolanos esse prælectos intelligendum est: nisi certa proprietas cognomenti addita uetuisset. Item & illud. T. RVTILIO. VARO. TRIB. MIL. LEG. V. MACEDONIC. PRAEF. ALAE. BOS. Q. DIVI. VESPASIANI. AED. CVR. COM. IMPERATO. PATRONO. D. D. hunc quoque fuisse Nolanum ex eo licet coniectari. Nanque marmor magnum est: atq; Nolæ incisum. Q uare præsentia sua nomen patriæ significatur: addique ipsum non oportuit. Q uinetiam locus datus est a Decurionibus Nolanis. His similia quam plurima alia comperta legũtur. Demum certamina: quæ inter pueros Nolanos fieri solent: atq; cursus & magistratus quidam testantur militarem artem placuisse summopere Nolanis. de quibus inferius suis in locis amplius disputabitur. Magnam curam nimirum agrorum quoque atque rei rusticæ iniuisse Nolanos clarum est. omnis enim Nolanus ager a crebris uillis pagisque fuit occupatus. atque eo modo ad nostra usque tempora diuisus permansit. Q uod eo factum est: quo coloni prope agros colendos forent. ac iumenta: boues: porci: capræ: oues: gallinæ: columbi: examina melius curarentur & alerentur. messes quoque atque uindemiæ oportune domum transportarentur. Nõ enim eodem tempore magna res cõmode

& colligi & aduectari uia multa potest. Q uinēt fœcunditas agri suapte natura ad agriculturam colendam:ut nūc allicit:ita tū homines allexisse creditur:utilitas.n.magna accedit iis:qui agros colunt fœcundos : idq; summa cū uoluptate honesta.In agro item Nolano multam rerum cultu ram uiguisse:ostendūt Stabiæ.ad has.n.oēs fructus Nolanoꝝ uenales:ut nunc deuehuntur:deuehebātur.atq; illinc Romam alio ue nauibus trāsferebant.Q uāobrē Romani ēt allecti fœcunditate felicitateq; agri Nolani & facilitate transferendi Romā agroꝝ fructus & prouentus:uillas non paucas in agro Nolano fecisse uidentur.aliquæ.n.uillæ in agro nostro a Romanis nominibus apparent appellationē accæpisse.ueluti Pōpeianum:Marianum:Octauianū:Fabianum.Q uinēt tanto gratior agricultura Nolanis fuit:ut non opere solūmodo eā tractarint executiq; sint:sedēt libros de re rustica placitum sit aliqñ edere.eosdem nimirum docte factos non modo Romani doctiores deinde minus spreuere:sed ēt summo studio secuti & edocti sunt.Præsertim.M.Caro.qui in libro de re rustica sæpius legitur citasse Memium Percenium Nolanū.is.n.præter alia primus uisus est docuisse quo pacto seri cupresseta oporteret. diligentis quoq; agriculationis Nolanæ indicio sunt instrumenta concinne fabrefacta.Nāq; præter cætera Italia tota laudabantur agricolarū quædam instrumenta Nolana.idem Cato autor est.Mercaturā demū exercuisse Nolanos:agricultura coegit:& docuit preter innatam lucrifacilitatem.Nanq; collecti fructus emptorem expectant ac optāt.emptio uero fit aut cōpensatione nūmoꝝ:aut rerū aliarū cōmutatione. Euehentes itaq; Nolani suos fructus interdum commutationem facere cogebantur cū iis mercimoniis:quæ Nolā alio ue reuecta:lucrū maius parere ualuissent. Q uiēt Stabiæ monstrāt mercaturam Nolanam.illic.n. extitisse Nolanorum emporium:scribit Strabo.quod usq; ad nostra tēpora tum ipsum tū usus seruatus est.Ex qbus aperte iam patet & diuinū cultum:& philosophiā:& militarem artem:& agriculturā:ac mercaturā inter Nolanos excelluisse:qbus studiis ingeniisq; recte structa cōstansq; fuit res pu.Nolana.

De elegantia uitæq; cultu atq; felicitate Nolanoꝝ. Ca.xv.

DIctū est in agro Nolano plurimas uillas mansisse disiectas: in qbus oīa Bacchi atq; Cereris arma ac instrumenta seruabant.hoc ipsum omni rusticana sorde liberasse urbē: necessum est.hac aūt amota reliquæ solæ politiæ & urbanitates solæ in urbe ipsa manebant ac retinebant. accedebat qnēt opulētia magna cū ex agricultura mercaturaq;:tū ex arte militari adaucta:q sociata cū mūdiciis atq; moribus a philosophia temperatis: nō nisi summā ac æmolandā elegantiā uiuendiq; cultū ciuibus cunctis parere

ualebat.Proinde certo coniectari atq; nosse quisq; pōt: sicuti amphithea
tra tum duo:tum illustria erecta erant:ita& muri:& turres:& uiæ stratæ:
& tépla : & Hexedræ:& ædes hornatu & decore magno ædificata extru
ctaq; cernebantur.uestiméta quinetiam elegantia & domicilia hornata:
item dapes opiparæ:& politæ mēsæ. Q uinetiam serui:& equi: & canes:
& arma egregia.idq; eo libentius:quo Nolanus pop. amicicia Romana
tuebatur:fouebatur:gaudebat.Neq; nisi consequēs his est:orationē No-
lanorum atq; mores nō barbaricos difficiles ue aut rusticitate pollutos:
sed urbanos mitesq;:atq; quales uel Athenis uel Roma otiundos dece-
bat.cuius uel illud indicio esse potest . Nanq; populus Nolanus adusq;
nostra tempora illam priscam bonitatem ac orationem retinuit. mitis.n.
est:uocesq; latias tam exacte profert ut Italorum barbarorumq; latina
uerba melius q̄ Nolani pronunciet nemo.Q uod uir aure solerti ac no-
stra tempestate doctissimus Laurentius Valla excipiens sentiensq; refer
re solebat atq; admirari magnopere.Eo itaq; pacto Nolani educati cum
concordia & amicicia transegisse creduntur:libereq; caueas amphithea
traq; spectatum auditūq; ascēdisse:atq; musicis & honestæ uoluptati sta
tis suisq; temporibus indulxisse.per quæ deprehendere quisq; potest.nus
quam seditiōes atque ciuilia odia aluisse Nolanos.sicuti nostra etiam tē-
pestate huiuscemodi hominum insanias ignotat nescitque popu. Nola-
nus.Q uinetiam ubi natura ita constitutum est:ut homo anteq̄ nascatur:
non solum postq̄ natus fuerit:elegantiam & uitæ diligentiam atque cul
tum expostulet:ut omni ex parte completus euadat.uidetur fortunatus
ille uir esse:cui nasci:educari:instituí que in urbe uitæ cultus: ac elegan-
tiæ amatrice contingit.Nam omnino pulcher erit.Deformitas.n.semper
errorem arguit atque defectum.Ea pro re inter homines rusticos:in qui
bus nullum est elegantiæ uitæq; studiū:turpitudo uehementer abundat.
In urbibus uero illustribus homines maxima exparte pulcherrimi pro-
ducuntur.Q uod si Nolani quaque in re fuere elegātiæ sectatores. æqū
est:pulcherrimos euasisse.Q uibus ex locis compertum est.Nolanos ali
quando fuisse tribus præditos generibus bonoꝝ:animi: corporis:atque
rerū externarū dominæ. atque iccirco nobilissimos atque Felices.

Finis primi libelli.

DE.NOLA.LIBER.SECVNDVS.


IN.EISDEM.IN.QVIBVS.PRIVS.ERAT.SE DIBVS.NOLAM.PRAESEN TEM.STARE. CA. .I.


VRBS Nola quo in agro fundata:quãq; magna:atq; quibus moribus Nolani fuerint:idq; abusq; origine adusq; tempestatem nostram:iis:quæ memorata sunt superiore libello: explicatum ẽ. Quo nã auté modo nũc se habeat:hoc est anno.M.D.XII. post Iesum Dominum:consequens est:enarremus. Nola igitur præsens in eodem agro atq; sedibus eisdem iacet:in quibus olim stabilita extiterat. Quo ex loco illud coniectari:licet: nunq̃ bello deletam urbem funditus fuisse:usq; adeo ue afflictatam : ut ciuium reliquiæ fugere coactæ ad aliquam uillam uicinam uenerint: coluerint:auxerit:Nolamq; illam nominarint.sicuti plærisq; accidit populis bello:alio ue casu de patrio solo propulsis:qui de monte in planiciem: aut de planicie ad montem:aut de urbe ad pagum:sedesq; atq; lares mutando transmigrauere . sed sedes antiquas:quasq; primum dantibus diis occuparant:semper coluere Nolani . neq; murando tantillo locum a laribus genioq; suis degenerauere . seq; cum paganis miscuere:hospitesue apud populos alienos usq̃ mansere.In eisdem autem sedibus:. in quibus prius erat:urbem præsentem stare:euidentissimum est.Pars enim hodiernæ urbis:quæ ad occasnm hybernum uergit:quæq; uocatur Turris rotunda:inter duo amphitheatra prope procurrit. qua uero spectat arctũ ad portam Samuelis:parietis partem latericii antiqui ualidique habet: quem uel templi uel magnæ domus fuisse:necessum est.is nunc intra urbem est.distatq; a muro arctico:Samuelinaq; porta circiter decẽ passus. Eidem parieti uidelicet domus Tangorum:Friciarum:Macceorum: atq; Cæsarinorum inhærent.atq; uia:quæ per Samuelinam portam intrat urbem:scindir hunc eundem inter Macceas & Cæsarinas domos. In media uero urbe præsente episcopium est:quod erar in antiqua Nola templũ Iouis.Quinetiam in angulo urbis:in quo turris Megaldorum extat::fundamenta templi Seruatoris antiquæ urbis a muro præsentis claudun tur.relinquo alia plura uestigia ædificiorum:quæ passim per urbem inuẽta apparent:continueq; ab effodientibus reperiuntur.Quod ea:quæ rettulimus:satis fidei lucisq; præstare facere ue possunt ad ostendendas antiquæ atq; hodiernæ Nolæ easdem sedes esse.


De figura:& ambitu p̄sentis urbis:& q̄to minor sit hæc q̄ antiqua. deque numero ædiũ atque ciuium urbis utriusque. Ca. ii.

FIgura præsentis urbis q̄q̄ undecim ē angulo℞: aliquã to tamen est longior. longior. n. est: qua ab ortu occasum uersus protẽdit. Q uinẽt qua ad occasum uergit paulo arctior: qua uero ad ortum: latior. Latus quoq; quod occasum spectat: rectũ est. id uero quod orientẽ solẽ excipit: angulosa rotunditate curuat. Proinde dimidio humani calcis uestigii ue: qđ a ralo ē: urbs hæc spectat p̄similis. mẽsus uero ãbitus noningẽto℞ ac. xx. q̄ttuor passuũ inuentus ē. Area uero tanta est: q̄ta capere pōt duo q̄drata quo℞ singula latera sunt centenũ q̄nquagenũ quaternũ passuũ. Ea q̄nẽt duo q̄drata in unũ collecta efficiunt q̄dratum magnũ: cuius singula latera sunt ducentenũ septenũq; denum passuũ cũ ternis q̄ntis passus unius. eiusdẽ uero ambitus est octingento℞ septuaginta passu. cũ duabus q̄ntis. Diametrus uero ipsius trecẽto℞ ac octo passuũ fere. Id ipsum aũt q̄dratum ẽt tantũ continet: quantũ sunt duo minora q̄ illa duo: quæ prius dicta sũt q̄drata: atq; dimidiũ alterius. Q uo℞ mino℞ quadraro℞ latera singula sunt centenum tricenũ septenum pass. cum ternis quartis. Eadem uero duo q̄drata cum dimidio simul coniuncta reddunt æqualia sexangulo spacio: cuius singula latera sunt æqualia lateribus singulis eo℞ duorũ quadratorũ. Sexangulũ. n. spacium: quod æquilaterũ fuerit alicui q̄drato: est ẽt eidẽ q̄drato duplosesqualterũ. Q uãobrẽ q̄dratũ illud magnum æqum est huic sexangulo. Areæ itaq; Nolanæ: quod ad q̄drilaterã speciẽ redacta fuerit: ambitus oræ erit octingento℞ ac septuaginta passuũ fere. Diametrus uero trecento℞ & octo fere. redactæ uero in speciẽ sexangulã erit ambitus octingento℞. xxvi. cum semisse. Diametrus uero ducẽtorũ septuaginta q̄nq; cũ semisse. Itẽ si circuitus sexangulæ areæ reddatur orbis: erit eius diametrus minor diametro sexangulæ. Est. n. diametrus rotundæ areæ ducẽto℞ sexagita quattuor pass. fere. Atq; hac rõne nõ arcta breui ue: sed ampla & tãq̄ passim progressa certã diametri q̄titatẽ inuenimus: atq; cõparabilẽ cũ diametro antiq̄ urbis. oportebat. n. urbis p̄sentis areã cũ antiquæ embado cõparaturos inuenire diametrũ rotundæ areæ præsentis sicuti factũ ē. primũ. n. redegimus p̄sentis urbis areã in duo quadrata æqualia interse: secundo hæc duo coniunximus in unũ q̄dratũ magnum. Tertio magnum hoc diuisimus in duo q̄drata & dimidiũ alterius: Q uarto hæc duo cũ dimidio congregauimus in sexangulũ. postremo sexangulũ in orbẽ: transformauimus: ut huius iueniremus diametrũ certã cõparabilẽq; cum diametro antiq̄. Q ua inuenta manifestũ est: quãto p̄sens urbs arctior minorq; ē antiqua. ambitus. n. orbis antiquæ urbis erat duũ milium septuaginta quattuor passuũ. Diametrus uero sexcentorum


sexaginta.præsentis uero urbis circuitus orbis ē octingentoꝝ uiginti sex cum semisse. Diametrus uero ducentorum sexaginta quatuor. Quare area antiq̄ urbis est sexcupla sesquiquarta p̄sentis urbis embadi.capit.n. hoc illa uetus sexies & q̄drātē.Nāq; duoꝝ orbiū circuloꝝ ue alter ad alterū ea rōne referť:qua q̄dratū diametri huius orbis ad q̄dratū diametri illius.ut si diametrus huius mēsura fuerit q̄ttuor pedū.illius uero sit duū: illius orbis ac circulus ad huius circulū ita se habebit cōparatus:sicuti q̄dratū diametri q̄ttuor pedū ad q̄dratū diametri duū.ē aūt q̄dratū illius sexdecī pedū:huius uero q̄dratū q̄tuor.q̄druplus ille igiť huius ē. Quā obrē q̄ū diametrus antiq̄ urbis sit sexcentoꝝ sexaginta pass. p̄sentis uero ducētoꝝ sexaginta q̄ttuor.estq; illa ad hanc dupla sexqualtera:nō ēt area illius ē dupla sesqualtera p̄sentis:sed sexcupla sexqquarta. q̄dratū.n.illius ad q̄dratū huius ita se hēt.qđ hoc mō facile ē uidere.pone diametrū p̄sentis esse q̄ttuor pedū:pones ēt diametrū antiq̄ eē pedū decē.ē.n.dupla sexq̄ltera.cōstituasq; ambas diametros in eadē linea.q̄ sit decē pedū. ueluti si sit diametrus decē pedū. A.D.hāc diuiseris in duobus locis. B.&.C. ita ut linea.A.B.sit q̄titate q̄ttuor pedū.Itē.B.C.totidē.C.D.uero remaneat duū pedū.deinde constituas q̄dratū supra lineā.A. D. erectis lieneis.D. G.&.A.K.atq; ducta linea.K.G.Itē diuidas lineā erectam.D.G. duobus pūctis.E.&.F.pari mensu quo diuisa est linea.A.D.eodē mō diuidas lineam e regione erectā.A.K.in punctis.M.L.similiter quoq; diuidas lineā. K.G.ex trāsuerso descriptā uidelicet in punctis.I.H.ducasq; deinde lineas medias.M.E.&.L.F.itē.B.I.&.C.H.fecisti iā q̄dratū sup lineam.A.D. qđ capit q̄dratū lineæ.A.B.sexies cū quarta.Nāq;.A.C.O.L.sunt quatuor q̄drata sibi æq̄lia.Itē colūna.D.N.& altera colūna. N.F. sociatæ iūctæq; sunt æquales quadrato lineæ.A.B.sunt.n.dimidia quadrati.similiter se hn̄t colūna.L.I.&.I.O.sūt.n.æq̄les q̄drato lineæ.A.B.sunt igiť sex q̄drata lineæ.A.B.quadratū uero paruū.H. F.ē quarta pars quadrati lineæ.A.B.ē.n.productū ex dimidia linea.A.B.Quare quadratum lineæ A.D.ē sexcuplū sexqquartū q̄drato lineæ.A.B.Idē est uidere ī numeris. Nāq; si latus.A.D.sit decē.eius q̄dratū erit cētū.& si.A.B.latus sit q̄ttuor eius quadratū erit sexdecim.Cētenarius uero capit sedenariū sexies atq; quartā eius.sicuti in his figuris spectare aptissime licet.Sinaūt areas urbiū antiq̄ & p̄sentis non rotundas:sed sexangulas feceris: eadē habere rōnē necessum est.sin uero duodecangulas utrasq; redegeris:ꝓportiōe atq; cōparatione eadē habere se oportet:qua quadrata diametroꝝ se habere: dictū est.hanc itaq; rōnē hēt area p̄sentis urbis ad areā antiquæ.


AMBITVS 924 PASS
FIGVRA PRAESENTIS
VRBIS NOLAE






K
L
H
G
F
O
M
N
E
A
B
C
D



Quod si uoluerimus ueriore comparatione rem Nolanam dignoscere: oportet ét harũ ambarũ urbiũ non solũ embada: sed ét habitandi modũ & rõnem recensere æstimareq;. Iãq; igitur cõpertum est: antiquæ Nolæ adeo frequenter habitatũ esse: ut priusq̃ a Petilio dictatore caperet: plurima suburbia oportuisset ædificari. In hac uero hodierna Nola tũ suburbia nulla manent. tũ ét intra muros areæ multæ amplæq; & horti q̃ plurimi atq; amplissimi reperiunt̃. Quinét in ædibus singulis fere cauædia singula multo q̃ par est: dilatata: quas cortinas cortesq; uocant. horũ omnium superfluã amplitudinem si coniunxerimus: alterã saltẽ urbis partẽ inanẽ esse nimirũ cognorimus. reliquum uero si ad decentem habitandi in urbe modũ constrinxeris: inueneris præsentem urbem non sextam partẽ antiquæ: Sed duodecimam remansisse. præsens itaq; pars duodecima est antiquæ undecim uero reliquæ deletæ sunt. Quinét ubi: hæc ita se haberẽ nouimus: cõpertũ quoq; est: si nostra tẽpestate in urbe fuerint ciuium ad quattuor milia: in antiqua censa fuisse ad quinquaginta milia. sunt. n. I urbe præsente haud pauciores q̃ septingentæ ædes. in ædibus uero singulis plurimũ sena ciuiũ capita incolunt. idq; seruis connumeratione semotis. Quinét ex hisce rõnibus uidetur in antiqua urbe extitisse ad octo milia ædiũ. Verũ hoc ipsum nõ est usq;quaq; asseuerandũ. Nam in urbe maiore ét ædes maiores aliquanto stitisse decet. ad sex milia uero excreuisse: probabilius ẽ. reputanti tantũ cõtinuisse domũ antiquã: quantã nũc occupat domus una cũ quincunce. Numerum uero ciuium: potius fuisse maiorem q̃ qui paulo ante prolatus est. Nam quo domus est illustrior maiorq;: eo ét familiam numerosiorẽ haberi par est. cẽsus itaq; ciuiũ fuit congruentior: qui ad sexaginta milia capitum excreuit. Nisi quoq; tantus fuisset populus Nolanus: nec amphitheatra nobilia cõdere: neq; Annibalem arcere ac uincere idq; ter ualuisset. Est aũt Nola præsens reliquũ quoddam eius partis antiquæ: quæ tum arctum tum ortũ spectabat. nã q; præsens urbs a meridie spectat amphitheatrũ marmoreum: ab occasu uero lateritium: quæ intra urbem ueterem extitisse dictum compertumq; est.

De finibus atq; figura Nalani agri p̃sentis. Ca. iii.

QVo urbis ambitus arctior nũc ẽ q̃ prius: eo minor quoq; nostra tẽpestate in agris ora & possessio redacta est. Quam hoc nunc pacto se habere intelliges. si ab urbe protendas lineam uersus occasum uernum ad mille & quincentos passus: i cuius fine metam ponas. Irẽ altera educta uersus occasum hybernũ linea ad duo milia pass. metam alteram in calce figas. deinde a Mephiti rectã ducas ad metam uernã antepositam: atque ab hac iterũ alterã extẽdas adusque metã

hybernam:quam fundaras.terminatus erit prope ab occidentali plaga Nolanus ager.Rursum ab urbe educta linea uersus meridiem interq; au strum & libanotum ad duo passuum milia & quincentos metam consti-tuas.Iterum ab urbe altera ducta uersus meridiẽ ipsumq; austrũ ad tria milia passuũ:alterã metam statuas.Insuper ab urbe recte tertia ꝓtracta inter Notũ & Vulturnũ uentũ atq; uersus dextrũ cornũ Vesuuii ad qn-q; milia passuũ tertiam metam signes.qbus metis positis ductus sit limes a meta hyberna ꝑ cæteras metas:omnis ora Nolãi agri:qui sub Vesuuio est ad meridiem uergens:terminata est.Q uinetiam ab urbe extensa linea uersus ortum hybernũ atq; sub cornũ Sarni mõtis:ubi Palma oppidum extat:ad quattuor milia passuũ:positaq; illic meta:ad quam limite tracto a meta Vulturni memorata:atq; ab hac ad turrem Martiani : quæ meta antiqua nobis posita erat:cõclusa est ad ortum uernũ ea orientalis pars. a turre uero Marciani procedens linea super collem Gecalæ meridiona lem descendensq; per uallem:quam facit collis Gecalæ occidẽtalis atq; Vesciani collis:usq; ad pagum Nolanũ:quæ Casamarciana uocatur:& q̃ sub ipso colle Vesciani iacet:atq; ab hoc pago proficiscens secundũ radi ces eiusdẽ collis usq; ad exitum cornũ ue ipsius:scilicet metam antiquã: quæ erat uersus ortũ æstiuũ:terminat Nolanam possessionem reliquam: quæ uergit ad ortũ.ab hoc uero cornu tracta linea occasum æstiuũ uer-sus aliquanto citra Titianum oppidum reprimens se:atq; deinde proce-dens secundũ radices Abellæ usq; ad Mephitim:claudit omnem Nolani agri septentrionalẽ plagam.Intra hosce limites metasq; Nolanoꝝ agri tẽ pestate nostra cõtinentur.iidem limites metæq; dictæ figuram describũt præsentantq; prope quadrangulã:cuius duo anguli oppositi longe plus inter se distant: q̃ reliqui inter se duo.Angulus.n.qui ad Mephitim ẽ:op positus ẽ illi:qui uergit ad Vulturnũ uẽtum:distatq; ab eo decem prope milia passuũ.Q ui uero angulus ad ortum æstiuũ incurrit.opponitur ei: qui ad metam hybernã cogitur:atq; ab eo quinq; fere miliaribus abest.

Q uæ partes sint Nolani agri:qui planus ẽ : & earum quis usus: atq; quo rum possessio.& de aucupio Regio atq; uini uarietate. Ca. iiii.

ACcedenti a Mephiti uersus urbem Nolam per duo mi-lia & quincentos passus:duæ partes agri:qui in eo angu lo est:obuiæ fiunt.quarum altera uergit ad Abellam mõ tẽ:altera ab occasu hyberno est.illa uacat arboribus om ne genus:atq; arua sola sunt.ac interdum palustria. eadẽ uero frumentorum atq; leguminum omnium feracissi-ma tum:qum palus aquis nõ exundarit:ac uomeri copiam sulcandi fece rit.altera pars omnis nemorosa est quercis præsertim densissime e xur-

gentibus:quæ plurimũ paluſtris eſt maxíe hyberno uernoq; tẽpore.Cõtra uero ſiquis ab angulo Vulturni uenti:qui huic oppoſitus ẽ: ut antea diximus:per tantundẽ tractus acceſſerit uerſus urbẽ:campũ quoq; utrinque arboribus uacantẽ uiderit non lapidoſum:Sed terrenum nomeriq; aptiſſimũ:non paluſtrẽ ſed ſiccum adeo:ut fodiẽtibus etiã puteos aqua non facile occurrat:niſi ad uiginti paſſus deſcenderint excauando. Omnis ea plaga quoq;:ut luto hyeme:ita æſtate puluere caret. herbida quin etiam ſemper eſt.pabuliq; ac oĩs generis frumenti fœcunda. nobis uero pueris is angulus duas quoq; habebat partes:alterã:quæ ſpectat Veſuuiũ:quæq; perpetuũ nenus atq; quercetum erat denſiſſimũ. alterã: quæ ſpectat cornũ Sarni montis occidentalẽ:quæ cãpeſtris erat:ut dictũ eſt. idem uero angulus tam hiſce q̃ ſuperioribus tẽporibus planũ Palmæ appellatus eſt non eo:q; ager ſit poſſeſſio Palmæ oppidi:quod in mõte Sarno extat.Sed q; oppidi illius proſpectu ſubiacet.Hoc ipſo Campo primũ delectatus eſt Alfonſus Aragonũ primus:q Neapolitanis imperitauit:idẽ abanus tuus:deĩde ei⁹ Felius rex Ferdinãdus ĩ eodẽ regno primus. itẽ huius filius Federicus rex:qnotãniſq; uerno tẽpore eo:q; qſq; aucupatum eo ueniebat.nã cæteris anni temporibus cãpus cõcedebaẽ onibus: bobus:equiſq; ſolis ad pabulandũ. Aucupiũ erat miluo:q; aq̃larũq;:quod hoc pacto agebatur ĩ medio campo.Miluum aquilã ue aliquã alto uolãtẽ per carnes humi ſparſas aut etiam uſtarũ nidores prius alliciebant:ut aliquanto propius terrã deuolaret.Nam ubi ad ququaginta paſſus abeſſe humo aquilã:aut miluum uidiſſent: tum hieraces: quos falcones ſacrosq; uocant:ad id edoctos ſoluebãt:ternos ſcilicet aduerſum ſingulos miluos.ſacri uero diuerſum primo uolitabãt aſcendendo ita:ut crederes auerſos a miluo abituros atq; a domino fugituros: deinde reuertebanẽ ad milũ:ẽt ſurſum ſummo niſu petentẽ:ſed non redibant:niſi ſuperiores illo ſe eẽ uidiſſent. At ubi ſupra rediiſſent:tũ ab alto impetũ faciebant in miluũ:inq; ipſum ſubiectũ inuolantes alter poſt alterũ ea curſus tẽporiſq; menſura ſe regentes:ut ſecũdus nõ dũ percuſſum deſcẽderet:ni q prior pcuſſerat:cœpiſſet reuolando aſcendere.miluus contra interdũ ſubuolando uitabat inuolatũ ſuperioris hoſtis:interdum feriebatur.qui etſi aliqñ dexteritate quadã & uolandi ui poſt longiſſimã altiſſimãq; pugnã euadebat:frequẽtius tñ nõ potẽs tribus hoſtib⁹ deinceps inuadẽtibus obſiſtere: tãdem capiebaẽ ab uno atq; altero ſacro:ac ex tribus ipſis:duobus ue:aliqñ oĩbus ueluti glomus factus deuoluebaẽ humũ uerſus.quibus cadentibus ſtatĩ auxiliabãtur eqtes celerrimi ad id ipm parati:atq; aſſidue ſubtercurrẽtes auibus pugnantibus.hi itaq; miluũ capiebant:ac fractis eius alis:collo:& tibiis raptandum liberius aliquãtiſper ſacris exponebãt ſinebantq;.deinde ſciſſo illius pectore cor extractum cum ſanguine etiam diſſultante alteri ſacro uorandum præbebãt,cerebrũ alteri:tertio medullas.

Hac pugna rapacium auium adeo delectatus est quisq; regũ: quos dixi- mus.ut sæpe numero in eo spectaculo dié totã ísumperit.atq; ut crebrer- rima de iceps pugna spectaretur:usq; ad trecẽtos sacros domi aluit.Q ui etiã ut cãpus foret amplior:adcursumq; equitum liberior (Nã longum tractum sæpe præteruolant aues pugnando)totũ uicinum cãpo nemus Ferdinãdus extirpauit atq; cõsumpsit.idq; usq; ad radices Vesuuii ita: ut nemus in similem cãpũ abiuerit.Nũc uero ubi aucupia ea summota sũt: omnis campus aruum est:et aratro facile scindit:frumenti que omne ge nus ferax.Idem qnẽt angulus atq; alter:qui eregione est: non est posses- sio Nolanoꝝ ciuium.Reguloꝝ.n.est.quanq̃ usus per solutam partẽ fru- ctuũ quartã concessus est ciuibus.reliqua uero campi pars:quæ iter ho- sce angulos patet:i qua media urbs ipsa sedet:consita est arboribus : quæ quoquo anguloꝝ uersus protendit ab urbe ad bina milia passuũ . atq; tã eius diametri:quæ ab ortu æstiuo ad occasum hybernum:q̃ quæ ab ortu hyberno ad occasum æstiuũ porrigit:mensus quattuor prope miliũ pas suũ est.Consiti igitur agri huiusmodi pars altera coryleta continet . hæc ad meridiẽ occasumq; atq; in extimo agro sita est.ac ab occasu uerno in- cipiens procedit adusq; occasum hybernũ:atq; ab hoc discedens per me ridianã agri oram ambit arboreta quo ad ortum hybernũ puenit. Est ea coryloꝝ ps lõgitudinis qdẽ quattuor miliũ pass.latitudinis uero ad mil le.sed in eiusmodi coryletis nec sementis quidem aliqua fit. Neq; uites seri recte possunt.Auellana.n.hastatim crescit:quasi exeadem radice aut cespite eodem complures hastæ in orbem exeãt:quæ ad uicenos quinos pedes crescendo extendi solent.harũ mediæ erectæ stant: quæ uero i am bitu oriuntur terram propius sese demittunt.Proinde sub eis magnam ia ctant umbram:quæ sementẽ perdit.uitem contra tolerare nequeũt: quæ inclinantur.quæ uero in medio cespite eriguntur:densitate sua cultũ uin demiamq; supprimunt.Altera uero pars:quod reliquum agri est:arboreta continet.sũt autem hæc loca:quæ etiã Nolani arbusta uocant: parte ma xima populis:minore ulmis.minima quercis in qncũcẽ distincta.omnes tamen hæ arbores in magnam altitudinem grandescũt.quibus adiunctæ ac maritæ uites scandunt quoad cacumina illaꝝ superarint:atq; exuperã tes ab ramis pendeant.Q uãobrẽ racemi alte pendentes melius sole co- quuntur:atq; uindemiæ tempore scalis lõgissimis adhibitis cõmodius col ligunt arboreta.qnimo præter arbores uitiũ sustentatrices ẽt inter antes hñt malos:sorbos: mespilos:cytonios:pyros:iuglãdes : atq; hisce similes. Solum præterea horum arboretoꝝ quotannis uomere scinditur:atq; se- mentem recipit cuiusq; generis:accæptãq; cumulatius reddit:quãuis ab umbra arborum imminentium aliquantum lædatur. Eorundem item ar boretorum quæ iacent ad meridiem inter urbem atq; coryleta debile ac tenue:sed odorum uinum ferunt.quæ uero ad ortum hybernum uersus

Sarnum montem:ſubtilia atq; aliquanto auſteriora.ad ſeptentrionem au
tem uergentia præſertim quæ a radicibus collis Veſciani per Tophinũ
pagum Cœmeteriumq; procedentia uſq; ad paludes:uina odora : plenaq;
ualidaq; gignunt. Ea uero quæ ſunt ad ortum uernum inter collem Ge-
calam atq; urbem:item ea:quæ ad occaſum uernum iacẽt:uina ferũt mol
lia atq; aquea . Sunt item uina Nolana etiam colore uariantiſſima . alia
enim ſunt nigra:alia rubra:alia roſea: alia hyacinthina:alia aurea:quædã
luthea:nõ nulla pomea.quædam ut aqua candida.ſunt demum hæc ar-
boreta coryletaq; omnia poſſeſſa a Nolanis atq; paganis:exceptis ꝑpau
cis:quæ tegulorũ ſunt:ueluti priuatos ciues decentibus.

De collibus Gecalæ deq; nomine ipſo atq; Veſciano. Ca.v.

IAm de planis agri partibus dictum eſt:ſupeſt ut colles re
cenſeamus. q nulli alii ſunt ĩ agro Nolano niſi Gecalani.hi
igitur duo ſunt occidẽtalis & meridianus coaleſcẽtes tanq̃
ad angulum uncũq;:quem iacentem ad ortum uernũ No
la ſpectat.is uero ãgulus ſecedit ab urbe mille fere paſſib9.
duorum autem collium eorum meridianus recta procedit ab ipſo angu-
lo per ſex milia paſſuum uerſus ortum uernũ:quouſq; Sarno monti con
nectitur. Verũtamen finis Nolanæ poſſeſſionis in eo ſtatutus ẽ ad Mar-
ciani turrem ita:ut pars:quæ a Nolanis poſſeſſa eſt : præſtantior ſit. non
enim hæc pars uallem claudit cum Sarno monte:ueluti reliqus collis. q̃
obrem dextera eius iuga ſoli poſt ortum:meridianoq; atq; poſtmeridia-
no patefacit. Alter uero Gecalanus collis ab eodem angulo proficiſcens
inter occaſum æſtiuum & arctum ad mille & quincentos paſſus aduſque
pagum Caſamatcianam excurrit:iuga eius leua antemeridiano ſoli:meri
dianoq;:atq; in occaſum inclinanti.dextera uero oriẽti atq; poſtmeridia-
no pandens. Proinde angulus ipſaq; collium curuitas hybernum occaſũ
ſpectat. Collis item occidentalis maxima parte atq; qua ad arctũ uergit:
terrenus eſt.uix.n.marmora in eo uides:idq; uel ĩ cacumine:uel in iugis:
meridianus uero quiq; in ortum excurrit atq; ipſe uncus marmoreus eſt
præſertim circa uerticem.rarius terrenus:idq; per iuga atque radices. &
ille placide eſurgit:raroque ad quincentos paſſus . hic uero meridianus
frequentius ad mille paſſus aſcendit.eſt arduus:atq; circa uerticem non
facile cultum ſuſcipit. Hi itaque Gecalæ colles parui quidem: ac per bre
ues ſunt.uerum quo minores eo gratioſiores atque præſtantiores fera-
citate tanta:quanta ne ullis orbis partibus ſiue colles:ſiue campi:ſiue uer
rucæ ſint:cedãt. In his enim Bacchi uis maxima ẽ.uina.n.dulciſſima ſua-
uiſſimaq; gignũtur.alia item auſtera:alia Muſcatella uocata: atq; præter
hæc uina Græca(ut aiunt)quæ omnia alba ſunt.cætera rubra pellucida
& odoratiſſima.cuncta præcioſa habentur. Oleæ uero nuſq̃ generoſior


liquor.pomorum ut omnia genera:ita nullis secunda.sũt specus. sunt spe culæ.sunt prospectus gratissimi.æstate auras perpetuas:hyeme apricitatem magnam inuenis.niues:aut gelu:aut pruinas nesciũt hi colles. Quã obrem fructus & flores præcoces q̃ plurimi in eis ueniunt. alii contra serotini usq; ad hyemem in arboribus inregerrimi pulcherrimiq; seruant. Citreorum item omnis uarietas.pinus:cupressus:myrtus:rosmarinus: atq; complures frutices nusq̃ frondem linquentes. medicarum herbarum ingens numerus. Apibus certa atq; optata mensio. lusciniarum : aliarũq; auicularum uocalitate gaudentium ciuitas in eis collibus esse creditur. Et ne aliquãdo aures offẽdat Gecala dulcis:cicadas nullas gignit:admittitq;.ueluti omnis ager Nolanus etiam ea molestia caret. Demum colles hi non inferioribus gratiis afficiunt incolas:q̃ quibus stirpes & aues pro secuntur. salubres enim usq; adeo sunt:ut plæriq; macrobii & adusq; centenos annos in eis uixisse comperti sint.ob has itaq; partes gratiasq; omnis ea collium regio a Græcis illis:priscisq; Nolãis appellata est γεκαλά. Gecala hoc est terra bona pulcraque: qualiber enim in parte tum bona : tum pulcra:tum feracitate sua utilissima:tum aspectu prospectuque iucundissima. Oppidum uero:quod in concursu duorum ipsorum colliũ anguloq; extructum est:terræ cognomine est. Gecala enim ei quoq; nomen est.q̃q̃ posteritas mutatis literis et Cecalam & Cicalam appellauerit:sicuti hodierni Nolani appellant. Horum autem collium pars a Regulo urbis:pars a Nolanis:pars a Gecalanis ciuibus possessa est. oppidũ uero ipsum solius reguli est. Legitur autem apud Srephanũ Vescia urbs fuisse antiquæ Ausoniæ:& ut quidam arbitrantur in Samnio:a qua:qum esset deleta:uidentur quædam reliquiæ ciuium rransmigrasse in eam uallem:quam ad ortum facit collis Vescianus:qui a Gecala proficiscens uersus Abellam extẽditur.atq; in ea oppidum struxisse:ipsum que fecisse oppidanis cognomine:Vescianum appellantes. Est autem hoc oppidum in confinibus Hirpinorum & Campanorum. Collis uero Vesciani fere gratias omnes concessit collibus Gecalæ.ẽ enim obscurus & umbratilis. q p pe qui eo prope uertitur:unde uix occiduum & inclinantẽ solẽ excipiat: Nam qua Gecalam attingit:aliquam parit utilitatem.oleas præsertim p saxa producens atq; fouens.

De oppido pagisq;:atq; cæteris q̃ in agro Nolano erecta sunt. Ca.vi.

Oppidum unum ac pagi complures:qui nunc in agro Nolano extant:hi sunt. Namque in collium unco Gecala oppidum circunspectatur.hoc primum a Nolanis ædificatum esse:credere licet:simul propter belli occasiões:imminet .n. urbi Nolæ locus is:simul etiam proprer commodiorem eorum collium cultũ. Nolanos uero aliquos eo habitatũ ascendisse ueluti

in coloniam quãdam:indicio est illud:quod ab antiquo tẽpore ad nr̃am usq; tẽpestatẽ in usu Nolanis ẽ.Q um.n.matrimonia nuptiæ ue santiun tur:pactaq; & dotes spondentur:illa more antiquo Nolæ atquæ Gecalæ rata seruari oportere exprimũt. quod propriũ ẽ suumq; coloniarum. Hoc aũt oppidũ superioribus temporibus grandius fuisse:reliquiæ ædificiorum ac murorum ostendunt.nunc uero pauculas casas circa arcẽ retinet ẽt muro septas.solitudinẽ oppidi uident fecisse oppidani: qui alta loca relinquentes ad iuga:radicesq; collium habitatũ deuenere: idq; ob meliorẽ locoꝝ conditionem:præsertim qum ẽt cãpos colere placitũ est. cõmodius.n.colles & cãpos colũt: qui inter utrosq; habitant.Q uaobrẽ sub unco ipso atq; colle meridiano per radices passim incolunt Gecalãi pagos multos iungẽtes.Q uoꝝ primus sub unco ipo ẽ:Sanctus Paulus nuncupatus.deinde Liber:ac Liberi:ulrerius uero Bardi.Nã ut eoꝝ noia pluratiua ostendunt: plures uillæ fuere:atq; eoꝝ: qui aliqua rõne liberi atq; egregii.item qui bardi atq; rusticani eo tempore habebant. In ipso a ũr cãpo planicie ue:qua Vesuuium meridiẽq; spectat:est pagus appellatus Sanctus Eramus ab urbe distans ad octingẽtos passus.deinde pau co tractu interiecto Syricũ ẽ:& Sabinianũ.Q uoꝝ uti priores incolatu minores:ita Sabinianũ maxime excellit.Q uinẽt prope Syricũ ac ab occasu hyberno uestigia sunt magni pagi iã deleti:quæ Cẽturia appellabatur.quæq; nomẽ loco:atq; uestigia pauca ædium reliquit.ab occasu uero pagus nullus extat.Ea uero pars agri:q̃ uergit ad arctũ cõplures pagos continet.ut Cœmereriũ remplum iã memoratũ atq; cognominẽ pagum: ulrerius uero Cãpasanũ: Fabianũ:ac uersus Vesciani collẽ Tophinum: Vineolã:Gallũ:Comitianũ:Cotinianũ:Resinianũ:Ponticulũ.Sub colle uero ipso Pedemontiũ:quod ꝓpe deletũ ẽ.atq; ad uallẽ Gecalæ: Casam marcianã. Præter hæc in iugo Gecalæ occidentali tẽplũ est diuo Angelo dicatũ cum cœnobio sacerdotum præcæpta diui francisci sectantium atq; ĩter hoc monasteriũ & pagum Sanctũ Paulũ sub ipsum oppidũ Gecalam ad ipsasq; radices collis:fanũ extructũ est: ac Diuo Ioãni dicatum cognomento Cæscũ.cæscum.n.Nolani saxum magnum uocant.quasi de monte cæsum:fanũ.n.super saxo erectũ est. cõplura quinẽt sacella huic similia passim ꝑ omnẽ Nolani agri plagã licet uidere. At uero inter Cæscũ ac memoratũ Francisci monasteriũ extat quasi subterranea porticus: antiqum opus.quã cryptaporticũ architecti quidam uocant.quæ ad uoluptatẽ nunc tepore nunc frigore captandã extrui solebat:nõ publica mõ publicoq; ære:uerum ẽt:ut q̃sq; amabat:ære priuato sibi ædificabat. Colle ẽt sub ipso lapidicinæ marmorũ uident fuisse:unde abscissa credũt cæmenta:quæ ad coustruendũ aduecta sunt amphitheatrũ.





·ARCTVS·
PORTA SAMVELIS
·TVR·PRIORIS·
·TVR·QVINQ·
PONTAR·
TVR MASSROR
TVR·CEMINOR
OR
ORIENS
POR TA CORTEFELLA
TVS
VIA·LAVRI
NIANA
OCCASVS
PORTELLVM
RAMVS·VIAE·PORTEL
DOCANA
VIA·VICAN
SACELLVM·
IESV·
AREA
S·FRANCIS
VIA·PORTELL
REGIA
S·FELIX
AREA
PORT
ICVS
·D·IO·BB·
EPISCOPIVM
S·APOSTOLVS
VIA·SCRIGNA
VIA·MEGALDINA
CASALENOVVM
COLLEGIVM
S·M·NOVA
FELLA
NA
CORTE
VIA·
S·PAVLINVS
S·SPIRITVS
S·SERVATOR
VIA·CORTEFELLANA
CLARA STELLA
S·CLARA
NOLA·PRESENS
VIA·VICANCIANA VIA
VIA·SCRIGNARIANA·
VIA·MEGALDINA VIA·MEG
PORTA·CLAVSA
TVRRIS·PINVS
PORTA·VICANCIVS
ARX
TVR·ROTVNDA
TVR·SCRIGNARI
ORVM·
TVR
MEGAL
POMERIVM
AGGER
AGGER
VIA·NEAPOLIS
VIA·SARNI
·AVSTER·
·S·VICTORIA

De Muris: pomœriis: promurali: fossa: portis: & aggere præsentis urbis. Ca. vii.

TVetur se nr̄a hac tēpestate Nolana ciuitas muris: pomœriis: ꝓmurali: fossa: portis: atq; aggere. murus est latitudinis qnq; fere pedū: altitudinis uero. xx. idē distinctus ē frequētibus turribus q̄dratis terna latera extra murū exerentibus. interq; se distantibus ꝑ octogenos pedes. quas uero turres supra portas: aut in concursu muroꝝ angulo ue: extrui contigit: hæ cæteris sunt excelsiores. atq; noīe ꝓprio sunt insignes. Q uinēt ī hoc muro quattuor portæ patent binæ binis auersæ: atq; singulæ singulas cæli plagas spectātes. ad meridiē. n. Vesuuiūq; prima uersa est. qui Vicancius appellatur. ís. n. locus in urbe ueteri uidet fuisse uicus Anicoꝝ. unde attēdit uicus ancius atq; Vicancius. Altera porta spectat occasum uernū: cui nomē est Portellū. Nā in eodē muro occidentali erat porta antiquior: cui nomē erat porta. uerum ꝙ Regia aliquanto ab ipsa aberat: iccirco aliā paruā portā huic uicinā reguli aperuere: ne uero duæ manerent portæ tā uicinæ: ueterē clusere muro: nouā uero reddidere maiorē: cui nomen minutū iā inditū remansit. claudendi ueterē portā ēt hoc in cā fuit. Nāq; ula: q̄ per eā ferebat: magna aqua ex urbis stillicidiis collecta defluebat: q̄ adeo illā excauarat fluendo: ut in fossam ꝓpe descendere redacta sit. Q ua pro re portā ineptā transeuntibus redditā clusere. Tertia porta spectat arctū ac mōtem Abellam Vicancio auersa. hæc appellata est Samuelis a custode uel uicino id nomen assumēs. est. n. familia ciuium Samueliu m. Q uarta ad ortum uernum uersa est: ac occidentalem Gecalæ collem conspicit. eadem Portello auersa. nominata autem est Cortefella: uidelicet a malo. Nāq; Cortem Nolani uocant tum domus: caua. dium: tum magni uiri domum. fellum uero hominem appellant: qui felleus prauus fallusq; est. in quo itaq; loco porta statuta est: domus aliqua egregia quidem: sed prauorum dominorum fuerat: quæ deleta & loco & portæ nomē id ipsum reliquit. atque a posteris seruatum simul ad infamiam facti: simul etiam ut qui infamari metuant: caueant malefacere. Murus item a Vicancio procedens uersum occasum æstiuum: perparum in urbem incurrit: primumque angulum ac foris cauum facit. in quo turris præstans est. appellata Pinus. ꝙ intra urbem uicina ei pinus altissima stabat. quam etiam uidimus. ab hoc angulo exiens murus ad occasum uernum procedit quodā tractu usq; ad angulum: quem claudit cum muro occidentali recta uenīete ab arcto. In quo āgulo turris ē appellata Rotūda ꝙ magna ac ea figura ē. spectat hæc turris occasū hybernū: atq; ꝓpe media ē iter duo amphitheatra. Item murus occidētalis ab hac turre ꝓficiscēs usq; ad portellū

in quo turrem hēt nominatam a Portello: deinde recta procedit quousq; facit angulum cum muro occurente ab ortu. In quo angulo turris extat uocitata Q uique pōtarum. ꝙ angulosa turris erat. pontam. n. a pungendo angulum omnem appellant. arcticus uero murus ab hac turre exiens in ortum uernū usq; ad portā Samuelitanā: in qua turrem hēt altā nominatā turrem Samuelis: deinde paulo ēt recta procedens: angulum facit cum muro occurrente ab ortu fere hyberno: in quo angulo turris est appellata Prioris. ꝙ ei subiacent ædes Prioris. Prior aūt is intelligitur sacerdos: qui præfectus est monachorū Annūciatæ: cuius templum ac monasterium est ī Iugo collis Vesciani. quod Casæ marcianæ pago imminet. ab hac item turre murus excurrens in ortum fere hybernū recto atq; lōgo tractu quousq; facit angulum cum muro occurrente fere a Vulturno uento. in quo angulo turris ē Masseorū. ꝙ illoꝝ domus ei turri subiacet. abea uero idem: qui occurrit: murus breui tractu progressus attingit murum uenientem ꝓpe a meridie: atq; in concursu turrē hēt Ciminoꝝ appellatā ab ædibus illoꝝ. ab hac item exiens murus recto ac lōgo progressu usq; ad Cortesellā portā peruenit. in qua turrem hēt nuncupatā a porta. Item ultra portā hanc ipsam exiens parum declinat ab austro: atq; breui spacio: quousq; angulum facit cū muro ueniente fere ab Aphrico: ac ī eo turrē sancti Spiritus hēt. ꝙ fanum huic dicatū subiacet. ab ea item turre murus progressus uersus Aphricum unde occurrerat: lōgo rectoq; tractu obuius fit muro uenienti ab occidente prope uerno: & in eo concursu turris est Megaldoꝝ. ꝙ omnes domus: quæ sub eo sunt angulo: eius familiæ sunt. a Megaldina turre procedit is: qui dictus est murus ad occasum uernum recto ac longo spacio quoad ei fit obuius murus ab occasu prope æstiuo ueniens: angulūq; cū eo claudit: ī quo turris est Scrignariorum. ꝙ uicina est domus: quæ eius familiæ fuit. ab hac demū turre paruo tractu murus ꝓficiscit̄ ad fossam usq; arcis. arx. n. inter hunc murū atq; portam Vicancium interiacet. Citra uero murū omnem urbis pomœriū est ad. xv. pedes latum. quare nulla domus pacto aliquo attingit mœnia. ultra quoq; mœnia alterum est pomœrium aliquanto arctius. quod iter murum & promurale procurrit. promurale uero altitudinis est decem fere pedū: latitudinis duū: īter binas quasq; pinnas hn̄s interualla singula. a fundamento etiam promuralis erisma demittitur ī fossam usq; ad aquā ita: ut tegat internum fossæ latus: atq; promurale suffulciat. quod erisma cum promurali: uerbo nouo Barbacanis appellatur. In eo quinetiam ꝓmurali propugnacula quædam prominēt. sunt hæc ipsa turres ueluti trilateræ metæ īuersæ. nāq; angulum solum exertantes: conum usq; ad imā fossam demittunt. Turrium autem harum trilaterarum singulæ inter binas murorum turres respondent spectantq;. In angulis uero huius ꝓmuralis: turres sunt rotundæ. Promurali quinetiam subiacet fossa alta ad

xx:pedes.lata ad quindecim cuius latus externum terrenum est:non ulla anteride:quam scarpam uocant:munitum . ultra fossam agger extat latitudine.xx.pedum:altitudine supra naturale solum sex pedum. sup quo uia est:fossam urbis omnem ambiens. Verum ultra aggerem occidentalem forum Boarium patet longitudine centum:latitudine uero quindecim passuum.ultra uero cæterum aggerem horti atq; olitorii campi dilatantur:qui multo spacio patẽtes amotis altis arboribus omne genus ambiunt urbem.quãq̃ in foro Boario quod ante Portellum ẽ:Tiliæ aliquot ordine digestæ extãt:quæ ab Vrso sunt satæ:ut sub umbra possent mercatores pacisci.fossa itaq; urbem ambiens facit:ut põte sit opus ante portam unamquanq;: ut in urbem fiat ingressus.structura autem murorum ac turrium non ex quadrato est lapide:sed e ruderibus nouis tophi atq; intrito cõfecta.

De Arce Nolana. Ca. viii.

ARx erecta est inter portam Vincancium atq; murum extremum:qui ab ortus plaga adusq; fossam arcis protenditur. Est insula quædam quatriquetra:cuius latera singula ad octogenos pedes longa sunt.quamq; undiq; circundat fossa altitudinis. xx.pedum:latitudinis prope totidem excæpta meridiana parte:quæ arctiorq̃ cætera ẽ. erismatis & anteridibus utrique firmata:quæ ab imo ad summũ exurgentia terram lateraq; defendunt:ne fossam ruendo compleant.In insula uero sunt quinque turres rotundæ:quarum una cæteris maior in media insula extat.ambitu.cxx.pedum:altitudine totidem. Ferunt eã fuisse altiorem quadraginta pedibus cum pinnis menianis super mutulis stãtibus. sed ab Vrso Vrsino minutam ea celsitudine fuisse.In imo turris huius carcer est:in quem per hostium:quod in prima est testitudine:sontes demituntur.retinenturq; quoad causam dicant:atque pœnas dent.Q uattuor uero turres reliquæ minores sunt hærentes singulæ singulis insulæ angulis.exurgentesque abima fossa quousque supra solum ad quadraginta pedes extent.circuitus uero earum ad.lx.pedes est. harum quælibet super mutulis pinnas menianas ac propugnacula habet.inter binas uero angulares turres paries ductus ẽ latitudinis q̃ttuor pedum:altitudinis paulo minoris quã turres.a quo media turris abest qndecim fere pedes.Duo arcis hostia sunt:alterum ad meridiem :quo itur extra urbem . alterum uergit ad arctum:quod ab arce in urbem ducit.atque ponte erectili gressus in arcem utrinque fit.ambo quinetiam hostia ueluti in semiturribus quadratis sũt aperta:quarum summitas expositis mutulis propugnacula habet . Q uinetiam ultra fossam meridianam arcis: altera insula parua est in speciem hemicycli figurata ; cuius curuatura & umbo exterior est.

frons uero e regione iacet hostio arcis.hæc etiam circundatur a fossa si-
mili continuaque cæteris arcis fossis.abima uero ea fossa exurgit erisma:
quousq; extet.xvi.pedibus supra solum.idq; in curuatura ipsa umbonis.
Nanq; in fronte erisma supra solum non exurgit.umbonis uero ambitus
est ad.lx.pedes.Est hæc ueluti semituris tanq̃ ꝓmurale:quod ante hostiũ
arcis externum erectum est.ab arce itaq; ad hoc promurale ponte erecti
li transitur.In arce semper est præfectus a regulo:quem castellanum ap-
pellant.Ex quibus iam liquet urbis præsentis principem partem atque
caput hoc in loco esse.

De Regia. Ca.ix.

ANtiqua regulorum domus ad portam eam urbis erecta est:quod Portellum appellatur:ut dictũ est.Verũ ea pri cipum domus regiaq; non scindit urbis murũ altera par te intra:altera extra urbem manens.ueluti arces extare ancipites solent.sed uniuersa intra urbem comprehen- ditur,tanto a muro portaque secedens: quantum inter- num pomœrium semel atque iterum patet:Regia itaque ab occasu: po- mœrio:ab arcto area longa:in quam Portello intrantes:recipiũtur. ab or tu atq; meridie hortis iungitur.Hæc autem sub Raimundo Vrsino atq; regulis superioribus:ita Sæculo ferente:abiecta erat atq; structuræ uilio ris.Sub Vrso uero Vrsino:qui Domi militiæq; uir fuit illustrissimus:ma gnificentius ædificari cœpit.idq; nostra tempestate.Vrsus.n.dirutis fere cunctis ædificiis ueteribus domum quatriquetram erigere agressus est. cuius arcticum latus longitudinis est ad.xxv.pass.orientale uero prope par est.sed opus inchoatum reliquit.ea autẽ latera:quæ finem sunt con- secuta: altitudinis sunt fere duodenum passuum.Fabricæ autem cæteri parietes tophacei sunt:paries uero septentrionalis solus ex marmore qua drato est commissus excæptis fundamento ac parte eius interiore. Fun- damentum.n.totum est tophaceum:parietis uero facies exterior marmo rea:interior uero tophacea cõstat.quod forte quadã euenit.Mens.n.erat Vrso fabricam omnem ex tophis conficere:ignoranti multitudinẽ mar- morum:quæ in fundamentis amphitheatri latebant oriẽtalis.ergo iacta sunt regiæ fundamina ex tophis: auctaq; quousq; solo terræ æqua esse uidebantur.Interea uero aliqua effossa sunt marmora in amphitheatro: ut illis regiæ anguli firmarentur.at effossa effodientibus alia subesse mar mora patefecere.quamobrem tot effossa sunt:ut eius paries tres ordines ex eis marmoribus:non modo anguli:erecti sint supra fundamenta. Res cœpit apparere magnifica usque adeo:ut Regulo auctus sit animus eri- gendi modo eo parietem:quoad marmora suppeterent.Cui amphithea- trum tot præstitit:quot non modo totam parietis altitudinem atque an- gulos regiæ pilasq; multas & bases atq; coronamenta oĩa conficere: sed

innumera quoq; potuere superesse.at uero ubi uisum est: id opus expedi ri:omnes:qui fabricam eam abinitio norāt:iudicarunt.illū parietem bre ui decisurum.q tophacea fundamenta nequirent diu tolerare tot immen sa marmorum pondera:atq; in tantam altitudinem euecta.In eodem pa riete hostium marmoreum est:atq; supra hostium statua ex marmore pa rio Vrsi reguli.in pariete uero meridiano alterum est e regione apertum hostium:quod in hortos ducit.Fabrica autem abusq; medietate fere late ris occidentalis incipiens ac protedens uersus arctū: uertensq; ante ar ctum: deinde uertens ante ortum usque ad medietatem orientalis la teris: finita est ita:ut tectum etiam sit indepta.sequens uero usq; ad ho stium meridianum iam dictum:inchoatum opus est.in hac enim inchoa ta parte solæ sunt cœnationes testudinibus altis ualidisq; contectæ: quæ ueluti primam contignationem præstitere.reliqus uero regiæ angulus: qui occasum hybernum spectat:uetusta illa ædificia etiam retinet.quod euenit:bello Aethrusco Vrsum trahente. Rex ferdinandus enim cū Flo rentinis bellaturus in Aethruriam misit Vrsum ducem exercitus.is inibi contractis torminibus Viterbii ægrotans hoiem exuit.nec fabricæ dein de quisq̃ unquam quicquam adiecit.

De porticu Nolana atq; uiis urbis. Ca. xi

IN media urbe tethreda quædam extat. quod Segiū uocāt a sedendo.mihi uero non tethredram hexedamue: sed por ticum liceat appellare.figura est quatriquetra.ac altera lō gitudinis est quinq; passuum: altera latitudinis pedum.xx. altitudinis uero ad tres passus. extenditur autem ab ortu uersus occasum uernum.Huius latus occiduū atq; arcticum solidus pa ries est.Lateris uero meridiani sinistra pars paries quoq; est:dextera uero arcuducto adaperta est.Latus autem orientale est solus arcus. sed uterq; arcus altero cornu super uno eodēq; capitello colūnæ firmantur:quæ in angulo:quem ipsi concurrentes arcus terminant:sola extat. hæc alta est ad.x.pedes.tegitur aūt porticus testitudinibus duabus medio intercedē te arcu ac longitudinem porticus secante. cacumē pluteis coronariis cir cūductis finitur.Q uare ab ortu toto & a dimidiato meridiano porticus aperit̄:totaq; intus uidetur:cætera clauditur.Neq; uiis ambiētibus æqū pauimentum habet:sed altius adeo:ut sex gradibus ascendendū in ipsum sit.Intus autem ambitu toto sedilia solum modo eriguntur:quæ diuidun tur a duobus:q in ipsam scandūt aditibus:altero sub medio arcu meridia no:altero sub medio arcu orientali.qui aditus sunt latitudinis ternoq; pe dū.Viarū aūt urbis duæ sunt pricipes:altera a porta Vicātio ad portam Samuelinā extensa est:altera a Cortesella ad portā antiquā:q nūc clausa ē:protenditur.Sed harū Vicāciana ē nobilior.a capite.n.pricipeq; urbis parte.q Vicancius ē:exoritur:atq; ois hospitum aduenarum uiatorumq;

transitus hac ipsa fit.domus qnetiam meritoriæ fere omnes atq; nobilio-
res uiæ huic adiacẽt. hæ uero principes uiæ duæ sese concidunt sub por
ticu eomodo:ut illius colũnæ basis coronaq; premat ab angulo ipso uia
rũ:qui ad occasum æstiuũ uergit.Neq; recte procurrunt hæ uiæ. Nã p-
tim dextrorsum sinistrorsumq; serpentes:partim recte procedũt.Ex quo
licet coniectari:præsentẽ urbem:non ut diuisa:sed ut rapta fuisset:ita ædi
ficatam esse.Neq; ædificioꝝ uiarũ ue rõ & ordo habitus est in ædifican-
di principio:sed lubentia & propria cuiusq; cõmoditas antecelluit. Præ
ter aũt has uias celebrantur aliæ duæ non ut principales sed secundo lo-
co præstantes.quæ a meridiano pomœrio exortæ uersus arctũ sulcando
urbẽ protendunt.eædem secant uiã principẽ:quæ a porticu ad Cortefel
lã portam excurrit.Verũ earũ duarũ altera:q̃ orientalior est:paulo citra
turrẽ Megaldinã exorta:anteq; fanũ Seruatoris procedens:ad murũ po
mœriumq; septentrionale pertingit ita:ut sinistrosum:parũq; distantẽ tur
rem prioris habeat.eadem item medio curriculo uiam Cortefellanam in
currens de transuerso secat:atq; angulo:qui uergit ad ortũ æstiuũ:sacellũ
sanctæ Mariæ Nouæ concipit. ab hac uero sectione adusq; murũ arcti-
cũ ipsa uia ampla rectaq; patet:q̃ Casalenouũ appellat.Altera uero hu-
ius socia ac non principalis uia a turre Scrignariana:q̃ prope arcem ex-
tat.incipit principio parũ obliqua:deinde ampla & recta ꝑcurrit: ac uiã
Cortefellanã etiã incidens secat paulo inferius sectione antedicta : atq; ĩ
angulo huis sectionis:qui uergit ad occasum hybernũ:erectũ est fanum
diuo Paulino dicatũ.Deinde uersus arctũ serpens per qnquagita passus
finitur.inq; eius fine monasteriũ obuium fit uirginum:quod Collegium
appellãt. Est insuper tertia ac non principalis uia:quæ nõ ab austro ad
arctũ ut illæ:sed ex transuerso ab occasu uersus ortũ excurrens.hæc.n.ini
tium sumit a pomœrio:quod inter portellũ ac turrem qnquepontarũ in
teriacet:primũq; recta:deinde parum obliqua procedit:secatq; uiam Vi
cancianam:quæ inter Porticum est & portam Samuelinã ita: ut absit ea
sectio a porticu triginta qnq; passus.habetq; in angulo qui uergit ad oc-
casum æstiuũ emporiũ extructum compluribus pilis arcubusq; tũ in am
bitu tum in solo ipso:quod non fornice sed cõtignatione tectum est. quæ
docana hoc est suscæptorium appellatur.ĩ angulo uero:qui ad occasum
hybernũ uertitur:templũ Felicis in platea erectũ est. eadem deinde uia
xii.passus procedens paulum extumet:Macellũ que in ibi a sinistra ostẽ
dit.extumet aũt:q; fundamẽta & reliquiæ templi ac basilicæ diui Felicis
Iunioris.quæ usq; eo extendebatur:ut dicetur inferius:extuberant eo in
loco solum.Superato uero hoc solo serpens procedit eadem Portellana
uia.incurritq; in extremam uiã:q̃ ab austro & a turre Scrignariana ueni
re memorata est.atq; angulum unum cum ea facit.non.n.se scindunt. nec
prætereunt.Cuius anguli e regione monasterium est Virginũ:ut dictũ ẽ.

Verum ab eo angulo uiarumq; earum concursu angiportus quidam deriuatur:qui per anfractus per breues uersus ortum uernum procedens ĩ Casalenouum erumpit.Cæteræ autem urbis uiæ ueluti riuuli sunt ab hisce:quæ dictæ sunt:defluentes:atq; insularum sectiones:& uiciniæ sũt:Excæpto pomœrio interiore:quod sub mœnibus perpetuo procedens tanq̃ Oceanus cunctas urbis uias gignit & ambit.Harum quinetiam uiarum aliquæ stratæ marmore spectãtur.quæ marmora Nolani uocant silices. Ea enim quæ Vicancio ad Samuelis portam tẽditur:strata tota est. quæ uero a Cortefella uenit quousq; scindit Vicancianam uiam sub porticu: atq; paulo ulterius:ea omnis strata est.cætera uero : quæ adusq; portam clausam:quæq; Clarastella uocatur:silice uacat.Quinetiam adiectiuarũ uiarum atq; non principalium ea pars:quæ inter sacellum sanctæ Mariæ Nouæ atq; fanum Seruatoris interiacet:strata solum modo ẽ. Item ea: q̃ a sacello Seruatoris uersus Cortefellam uertitur:donec cum portæ huius uia iungitur:silice contecta est.Contra uero quæ a Portello ascendit usq; eo:ubi Vincancianam secat sub docana:strata perstat : cætera silice caret.eadem uia quæ a Portello tenditur:anteq̃ Vicaucianam attingat:ramum sinistrorsum producit:qui docanam ab occasu terminans reuertiẽ serpendo uersus occasum æstiuum:quoad in latus templi Francisco dicati incurrit:is ramus silice stratus est.Item Vicanciana statim in urbem intrans ramum dextrorsum fundit uiam Scrignarianam usq; procurrẽtem. qui marmore tessellatus est:qui quæ nostra uicinia est.Eadem insup Vicanciana citraportam Samuelinam ultra uero parietem antiqum : alterum ramum dextrorsum deriuat pœmerium usq; protẽsum . qui quoque stratus est.reliquæ uero uiæ omnes silice atq; stramento marmoreo omni uacant.

De Basilica urbis principe & Episcopio. Ca.xi.

SIcuti uiæ duæ primariæ sese recta sectione concidentes in angulo:qui uergit ad occasum æstiuum a duobus lateribus porticum ambiunt:Ita in altero angulo:qui uertiẽ ad ortum æstiuum insulam quandam claudunt ab occasu quidem Vicanciana:a meridie uero Cortefellana. sed tamen Vicanciana recta procurrens a Porticu ad usq; alterum sectionẽ:quæ sub Docana fit curriculo.xxxv. passuum:Cortefellana uero ab eadem porticu recta procedẽs usq; ad sectionem fani Paulino dicati tractu passuum quinque & quadraginta.Eandẽ quinetiam insulam ab arcto clãdit uia Portelli:quæ a Docana usq; ad angulum:cui Collegium monasterium hæret:procedit mẽsu quoq;.xxxxv. pass.ab ortu uero claudit uia Scrignariana:quæ ab hoc angulo adusq; sectionem Diui Paulini protenditur curriculo quadraginta fere passuum.

In hac itaque insula templum urbis maximum primumque extat Diuæ Mariæ nunc dicatum.quod Episcopium uocant:aut ꝙ ipsi templo Episcopium:hoc est Episcopi domus hæret:aut ꝙ in eo sacra facit episcopus.uerumtamen uerbum id diuersa pronunciatione a Nolanis quam a cæteris latinis profertur.hi.n.episcopium cum accentu in antepenultima latina facta dictione pronunciant.Nolani uero Græcam & peculiarem loco uocem seruantes cum flexo in penultima proferunt. Tempore autem Diui Paulini dedicatio templi fuit Dominedio.deus.n.tũ Dominedius uocabatur.quod uerbum in ore iurantium ac inuocantiũ deũ usqꝫ ad nostra tempora seruatum audimus.Præter hæc ædis huius si non figuram sed sacrificia spectaueris:templum appellare conuenit:sin uero figuram non sacrificia:basilicam potius dices.basilica enim ædes oblonga quadrangulaqꝫ est:altera ianuam:altera eregione cellam uel dicas hemicyclum habet.Neqꝫ quoqꝫ certa basilica est.nam iter ædem & cellam transuersa interiacet altera oblonga ædes.quem titulum appellãt. Quã obrem hæ duæ ædes figuram.T.literæ præsentant:cui si cellam superaddideris:tunicam cum cucullo ac extentis manicis finxeris. Neqꝫ in hoc templo hæc memorata solum reperiuntur:sed etiam hæc ipsa tanq̃ cũ capite tunica additas continet duas alias basilicas titulo eodem discrimi natas a cellis:quarũ ædes:mediam iam dictam maiorem ædem utrinque adiacentes continẽt.cellæ uero circa cellam maiorem locãtur. Quoniã uero totũ ædificiũ templũ ue constat ex cellis ædibusqꝫ: quæ partes sũt basilicæ non templi:basilica potius appellanda est q̃ templũ. Sunt itaqꝫ huius basilicæ septem partes:tres quidem ædes pari longitudine:sed media amplior cæteris:quarũ media appellatur media ædes:a recẽtioribus uero Nauis:alteræ laterales ædes:nunc alæ dicũtur.quarta pars ẽ ædes transuersa his tribus:quibus & ipsa aliquanto ẽ breuior:uocaturqꝫ trabs siue titulus.Quinta pars est Hemicyclum siue cella maior.quã tribunã dicunt debentes dicere tribunal.quæ ĩ altero tituli latere est e regiõe mediæ ædi respondens:sexta septimaqꝫ sunt duæ cellæ minores utrãqꝫ alam eregione spectantes.ac in eodẽ latere tituli:in quo maior cella ẽ:positæ mediam cellam circunstant.siquando titulus altero longiori latere ac occidentali capita ædium trium terminat:in altero uero orientali huic a q̃ dictanti cellas tres habet:siue hemicycla:siue tribunalia dicas. basilicæ autem longitudo patet a pariete ianuarum adusqꝫ curuaturas cellarũ.latitudo uero ab externo pariete dextræ alæ ad externũ sinistræ.caput basilicæ ẽ titulus atqꝫ cellæ pcipueqꝫ cella maior:ꝙ ab eis tanq̃ a capite cætera initium habẽt. pes uero eius:paries est:in quo sunt ianuæ.ad eum.n. terminatur basilica:sicuti ad pedes desinit corpus a capite originem sumens.Quod si parietem ianuarum frontem uelis esse eo ꝙ a fronte est. cellas basilicæ dices occiput atqꝫ recessum.Longitudo quoqꝫ basilicæ ab

ortu uersus occasum tenditur:atq; pes basilicæ ē prope mediam uiā Vicancianā:aqua per interiectam paruam ateam distat.caput uero in insulam penetrat.Est aūt tituli longitudo ad.xv.latitudo ad qnq; altitudo ad xii.passus.Eiusdem paries occiduus:quo cū tribus ædibus cōiungit: hēt tres magnos arcus:quo℞ medius est aliis maior:per quos arcus non modo transitus amplissimus fit de titulo in alas & nauem: uerum etiam idē aer & eadē inanitas omniū quattuor ædiū reddit.paries aūt tituli orientalis cellas tres memoratas hēt singulas singulis arcubus p̄dictis eregiōe iacentes.atq; singulæ cellæ singulas continent aras.sed ara maioris cellæ aliquot gradibus excellit.Q uinēt tituli paries australis in angulo orientali paruo arcu aperitur:per quem transitus fit descendentibus in templum Apostolo℞.de quo inferius dicetur.Media aūt ædes in lōgum porrigitur ad.xx.passus:cuius latitudo altitudoq; pares sunt titulo. Eius uero dexter atq; leuus paries:quibus distinguitur ab alis.suptema in parte fenestras multas atq; oblongas continet:in ima uero pilis ac interpilaribus & arcubus magnis æqualibus apertus est.unde & mediæ ædis& alarum utrarumq; inanitas & prospectus idem redditur.A larū uero parietes exteriores solidi sunt:raras solūmodo fenestras habentes.Et in eorū q̄ septentrionalis est:medio hostium est:quo iter fit in paruam aream: quæ ante fanum diui Ioannis Baptistæ patet.sunt idem parietes longitudine pares parietibus ædis mediæ.altitudine uero dimidio minores.Eodē mō & alæ ipsæ sūt longitudine pares ædi mediæ.amplitudo uero earum alarum est triente q̄ media minor.Demū media ædes atq; alæ in pede basilicæ clauduntur pariete uno.in quo tres sunt ianuæ:quarum media multo aliis maior.supra uero maiorem ianuā sunt duæ fenestræ oblongæ:supra quas est oculus.atq; fastigium.at supra minores Ianuas singulæ sunt tectum imbricatum:solum uero lithostratum est. fenestræ oblongæ illis: quas diximus minores. supra quas semifastigium erigitur media quinetiam ædes diuisa est in duas partes:quarū maior uergit ad ianuam: minor a titulo est:parietibus paruulis distinguentibus ac in medio arcū uc hostium continentibus:per quem atcum de maiore in minorē Nauis partem transitur.alti sunt hi parietuli ad.x.pedes.non solum ea minor pars hisce parietulis in longitudine terminatur:sed etiā a leuo ac dextro latere clauditur.Q uamobrem ab occasu atcum:ab ortu uero interpilare magnum tituli habet:quæ expedita apertaq; sunt.ille quidem ut ingredientibus pateat aditus:interpilare uero ut ara magna uideatur.In hac ipsa p te sunt quattuor sedium ordines:quæ ex asseribus nuceis compactæ sūt bini a dextra:ac bini a sinistra.qui ab antis hostii arcus ue ad angulos dextrum leuumq; & ab angulis adusq; pilas tituli porriguntur. eorum ordinum uero exteriores duo sunt eminentiores:atq; cōcameratiōe una uelu ti fornice contecti:in quis sellæ distinctæ sunt opere pulcherrimo segmē

tato ac uirgulato:reliqui uero ordines duo sunt inferiores carentesq; & tegmine camerato & hornamento segmentatiõis.quam obrem:qui i medio eo loco est:omnes undiq; intuetur sellas. Quinetiam sub ordinibus inferioribus sedilia quædam alia extenduntur non distincta in sellas sed unam communemq; sedem facientia.Appellatus est locus is Chorus. dr quoq; a recentioribus chorhospita numero pluratiuo.hoc ẽ loca uel solia hemicycla ue suscipientia chorum.sunt qui dicunt Chorhospitæ.hoc est sellæ capientes chorum.hospitum.n.id esse uult:quod suscipit cũ amplexu & charitate quadam:chorus autem ordo canentium est. hic.n. sacerdotes sedentes quotidianas rogationes& hymnos diuinos cantãt.Reliqua uero ædis pars nomĩe caret. appelletur ergo prochorus:seu chori atrium.sub choro autẽ hoc ipso sacellum est subterraneũ:diuo Felici dicatũ:quod testudĩe tegitur:quæ tribus columnarum ordinibus fulcitur. huc descensus duo per gradus aliquot fiunt:singuli de altera basilicæ ala adeuntes.In occiduo uero sacelli huius latere ara extat:& supra aram mẽsa marmorea erecta ac ptusa traiectaq; canaliculo argenteo:unde liquor quidam stiriatim fluens decidit tum:qum maxime urget hyemale gelu. quem liquorem mannam uocant:idemq; diui sudor esse creditur. cuius corpus in puteo iacet.hic nempe a tergo tabulæ marmoreæ patet: ac in imum descendit.Hoc quinetiam sacellum antiqui partem templi fuisse: arbitrandum est.q; subterraneum est & humi depressum. appellant hoc subterraneum sacellum iusum corpus.iusum dicentes contrarium eius quod sus & susum dicunt.hoc est locus corporis beati Felicis quod subterius est.sed basilica tempestate nostra constructa ẽ.Cuius Fabricæ præfectus fuit etiam gratuitus patruus noster Leo uir miliciæ domiq; egregius:patriæ amantissimus adeo:ut dum illius curaret rem: negligeret frequentissime suam:modestia ac iustitia tanta præditus:ut omnia rei.pu. p̃clara ei credita sint munia:non modo magnæ huius fabricæ præfectura. Gratus insuper fuit populo:gratissimus regulis præsertim Raimundo Vrsino Salerni Nolæq; principi:atq; Ioanni Antonio Vrsino Tarenti regulo potentissimo.idem malos cõniuenter præteribat:bonos ac doctos colebat:obseruabat:sectabatur.Pollebat oratione non quidem celeri lõga ue:sed breui:seuera:plena ac lucida.quamobrem in consessu dicẽs semper laudatus fuit.priuatim quoq; q̃ familiariter se gesserit:uita & uiuẽdi ratio argumento esse potest.cum Marino.n.fratre tum superiore ætate: tum maxime senescens triginta ãnos in eadẽ domo amicissime uixit: i eademq; mensa semper cum eo cœnauit.uixit annis octoginta. Lõge demũ maior digniorq; fuit is Leo q̃ qui hoc nostro calamo rep̃sentari ualeat. Sub basilicæ autem fronte præter aream uiamq;:Area magna est in conspectu:quem Mercatum appellant.Quinẽt lateri meridianæ alæ hæret turris:incuius summo uertice cãpanæ pendent.unde illam uocant Cam

panarium.hoc quadratum est:atq; celsitudine templo iminet:infima ue-
ro pars amplior:ac e lapide quadrato cōpacta:quæ marmorea pars alti-
tudinis sexaginta fere pedū existit.in ambitu uero eius marmora quædā
ordine locata sculptaq; sunt:tū poesim tū militarem artem ætatis suæ te
stantia.opus id ipsum sculptile a manu docta elaboratū: antiquissimū ē.
atq; non ut campanariæ turri basis fundaretur: sed ut superbiori potius
ædificio subiaceret.Q uinēt in eadem insula atq; angulo basilicæ: qui ad
Vulturnū uentū uertitur:basilica alia parua antiquaq; hæret.media æde
alisq; atq; cellis tribus cōposita.titulus uero deest.huius mediæ ædis pa-
rietes supra calūnas ex marmore peregrino tornatiles pulcherrimasq; isti
dentes erecti sunt.quarū colūnarū singulæ longitudinis sunt senūdenum
pedū.Sed in meridiano latere undecim earū erectæ sunt.in arctico uero
nouē.q; huius lateris duas colūnas occupauit angulus tituli basilicæ ma
ioris.in quo angulo:ut dictū est:transitus per arcū apertū de altera in al-
terā harū ambarū basilicarū fit.parietes uero tantundē super eis colūnis
exurgunt.Pauimentum aūt fani huius depressius.xii.pedibus q̄ uulgare
solū est.alæ uero frons atq; cellæ parietibus claudunt.tectum imbrice
structum.Eiusdem longitudo ab ortu in occasum tenditur ad.x. passus.
Ianua non in fronte sed i ala meridionali patet.Ala.n. eadē per areā.xx.
pedū latā distat a uia Cortesellana.ea uero ianua non statim descensum p̄
bet in tēplū:sed secus eius frontē iter æquale habet usq; latus meridianū
arcūq; illic apertū tituli magnæ basilicæ.Q uare ianua sua utriusq; basi-
licæ ēt alterius est.Est autem hoc iter latum quindecim fere pedū:longū
aūt quinquaginta.a quo toto dextrorsum p multos gradus descendit in
hanc minorem basilicam:cui nunc nomen est sanctus Apls. Eadem item
in insula atq; a plaga septentrionali extat altera basilica minor simplexq;:
hærens angulo tituli ac alæ arcticæ maioris basilicæ.appellaturq; diuus
Ioānes Baptista. eadē uersus occasum uernū ab angulo tituli procurrit:
sicuti basilica Apli ab angulo opposito in orientem extendit.basilica Ioā
nis tota tophacea fabrica constat.cuius arcticum latus Ianuaq; uiam at-
tingit:q a Portello exoritur.macellūq; eregione spectat. Duoq; uero an-
guloq; insulæ qui circunstant frōtem basilicæ magnæ:alter ad emporiū
docanáq;:ad Porticū alter spectantes:officinis tabernisq; diuisi occupan
tur.Nā a ianua meridianæ alæ Episcopii adusq; angulū sinistrū insulæ:q
Porticū spectat:atq; ab hoc adusq; ianuā Apli tabernarū ordo distendit.
eodē mō a ianua arcticæ alæ Episcopii adusq; angulū dextrū insulæ: qui
emporiū spectat:atq; ab hoc adusq; ianuā Ioannis Baptistæ alter taber-
narū ordo protendit.In eadē pterea isula atq; a tergo cellarum basilicæ:
domus extat Episcopi.cuius hostiū patet a tergo cellarū basilicæ Apli: i
Cortesellanā uiā exiēs.Ab hoc uero hostio usq; ad angulū insulæ: q tem
plum Paulini spectat:tabernæ sunt.Cæterū aūt insulæ; quod ab angulo

quarto continetur:horti sunt amplissimi episcopalis domus. Tota item I
sula possidetur ab Episcopo excæpta basilica Ioãnis Baptistæ . hæc.n.a
uespillonibus seu libitinariis possidet. magna.n.ciuium multitudo in ue
spilloniũ munus nunc conspirata est:quã fratrariã appellãt. hi.n. præter
alias lustrationes reꝝ sacrarum atq; munia.ubi fuerit opus:saccos induti
funus efferunt.ac longo ordine bini incedentes põpã aut augent aut so-
li faciunt:lustrandoq; a domo defuncti proficiscunt:atq; usq; ad locũ se-
pulturæ procedũt.nãq; primũ perpauci abiectiq; hoĩes esse solebãt eius
modi uespillones:qui solũmodo funera efferebãt paupercula deinde eo
rũ multitudo ẽt ꝑ ingenuos uiros cõscriptos adaucta ẽ:simul ꝑ misericor
dia:simul ẽt præmutua pietate atq; proprio quodã diuinoꝝ cultu.est aũt
saccus is : quem induunt:tunica talaris ex tela linea albaq;: cui consutus
est cucullus:q & collũ undiq; & caput tegit.a cuculli uero fronte oritur
buccula:q̃ a fronte usq; ad pectus descendens faciẽ oẽm occulit adeo:ut
induti hoĩs nihil cerni possit.in buccula uero tria sunt foramina:quorum
duo præbent oculis uisum:tertiũ ori spũs uiã pandit. induti saccos fune
cinguntur.idẽ saccus a tergo pedale foramen hẽt:ut nudũ tergus appa-
reat.atq; a manica dextra scutica pendet.ut qum quis grauiter cõmissoꝝ
pœnas sit deo soluturus non solũ pœnitentia factoꝝ:sed ẽt corporis dolo
re:indutus solũmodo eũ saccũ uel ambulando ad fana cõplura:uel geni-
bus flexis ante crucẽ domini rogando scutica acrius percutiat tergus : id
q; ubi dextra sumptã scuticã nunc sup humerũ leuũ nunc sub dextrã ax
illã celeriter uersando agitat.Hæc de insula deq; basilica principe atque
Episcopio:quæ nostra sunt tempestate.

De basilica & Episcopio ãtiquo:deq; reliqis diuoꝝ:q̃ in ibi erãt. Ca.xii.

AT uero referre posthæc: quo nã pacto basilica eodẽ hoc
ipso in loco se habuerit tẽpore diui Paulini: opæ preciũ
est.licebit.n.uidere tũ & isulã hãc ipsam:de qua superius
aliqua sunt memorata:tanq̃ diuino nutu semper fuisse de
dicatã mysteriis atq; cærimoniis sacris: atq; quantopere
sit uel ueneranda uel obseruanda uel timenda:non solum
ob tot milia milliũ tot annos factarũ in ea rogationũ atq; celebratoꝝ sa-
crificioꝝ:sed ẽt q; sub eius solo multa latent occultaq; sũt:q̃ ignorant ura
hac tẽpestate:corpora diuoꝝ & martyrũ & cõfessoꝝ. Q uã aũt res ita se
habeat:diuus Paulinus ad Seueꝝ Sulpiciũ Scribẽs enucleatissime pate
fecit.In ea.n.epl'a docet Seuerũ de basilica Fundana atq; Nolana . Nãq;
Paulinus prius extitit Fũdanus episcopus:deinde Nolanus.qđ ipse quo
que hisce uerbis monuit.Egrediamur inquit iã Nolana hac basilica:& in
Fundanã transeamus.Fundis nomẽ oppido est:quod æque familiare mi
hi fuit:dũ maneret possessio:quã illic usitatiorẽ habui . De Nolana uero

hæc scripsit.basilica igit illa:q ad Dominediũ nostrũ cõem patronum in noie dñi Christi dei iã dedicata:celebrat qttuor eius basilicis additis reli quiis Aplorũ & martyrũ intra absidẽ trichoraq; sub altaria sacratis: nõ so lo Beati Felicis honore uenerabilis est.Absidẽ solo & parietibus marmo ratã camera museo infusa clarificat.Et paulo post.ait.totũ uero extra cõ cã basilicæ spaciũ alto & lacunato culmine geminis utrinq; porticibus di latat:qbus duplex p singulos arcus colũnarũ ordo dirigit.cubicula itra porticus qterna longis basilicæ lateribus inserta:secretis orantiũ uel in le ge dñi meditantiũ:præterea memoriis religiosorũ ac familiariũ accõmo datos ad pacis æternæ requiẽ locos pbent.Et paulo post subdidit:pspe ctus uero basilicæ non ut usitatior mos est:orientẽ spectat:sed ad domini mei Beati Felicis basilicã pertinet: memoriã eius aspiciens:tñ cũ duabus dextra leuaq; conculis intra spaciosum sui ambitũ absidibus multis laxa tur.una earũ imolanti hostias iubilationis antistiti patet:aliæ post sacer dotẽ capaci sinu recæptant orantes. latissimo uero conspectu tota simul hæc basilica in basilicã memorati cõfessoris aperit trinis arcubus parib⁹ plucente trãsenna:p quã uicissim sibi tecta ac spacia basilicæ utriusq; iun gunt.Nã quia nouã a ueteri paries absidæ cuiusdã monumenti interpo siti obstructus excluderet: totidem ianuis patefactus a latere cõfessoris: quot a fronte ingressus sui foribus noua reserabat:quasi diatritam speciẽ ab utraque in utrãque spectantibus prabet.hæc ille. quibus aperte mon strare uidet:duas tũ extitisse basilicas:quarũ altera erat diui Felicis cõfes soris:hoc ẽ Iunioris:altera erat Episcopiũ suũ Paulini.& illã fuisse antiq: Paulini uero episcopiũ mãsisse nouũ. atq; alterã ab altera solius fornicis pariete seqstratã:q ubi ptusus fuit atq; p tres arcus aptus:ueterẽ & nouã basilicã i unam cõiũxit usq; adeo : ut ambarũ eadẽ eẽt pspectus & tẽpli sa nitas.uixit aũt Paulinus post tẽpestatẽ Felicis Iunioris ãno centesimo ac sexagesimo.At uero qũ iã exploratã habemus in psente episcopio basili cã Felicis . nã ea ẽ:q sub choro ẽ: cõuenitq;:ut illa ptẽderet usq; ad uiam Portelli sup qua erant tria hostia tẽpli:ueluti in eo loco solũ extuberatũ indicare nũc uidet: spectaretq; arctũ.ac extẽsa foret uersus meridiẽ:con sentaneũ ẽ:basilicã uero Paulini habuisse ianuas supra uiã Cortefellanã atq; ptẽsã fuisse uersus arctũ. Nã (ut ait)ea basilica ñ erat oriẽtẽ spectãs Ex quo pspicere licet:areã tituli psentis episcopii atq; ei⁹triũ cellarũ oẽm basim cõcæptas mãsisse i area basilicæ Paulini.Neq; id solũ cõcæptũ fuis se:sed ẽt areã sacelli totius:qd nũc appellat scũs Apls.atq; oẽm eã areã:q a tergo ẽ triũ cellarũ:quousq; dilataret secũdũ lõgitudinẽ sacelli scĩ Apli. nãq; lõgitudo basilicæ Paulini:q a meridie uersus arctũ porrigebat : erat ad.xxv.passus:tãtũdẽq; patebat in latera:ac diuisa duobus colũnarũ ordi nibus.Ergo dextrũ & orientale latus basilicæ Felicis coniunctũ erat cũ sinistro ac occidentali latere basilicæ Paulini usq; adeo:ut figurã repræ

sentarent duarũ tesserarũ:qum sibi ita hæserint:ut angulus alterius me-
diũ alterius latus attigerit. Tã magnã autem patuisse Paulini basilicã cõ
iectãdũ est ex ordine colũnaꝝ:ex alto lacunatoq; tecto:ex marmoribus:
ex opere museo:quæ oĩa arguunt multos sumptus. multi aũt sumptus
non põt esse arcti paruiq; ac humilis populi.magnũ uero magnificumq;
populũ etiam magna nec minor:q̃ quæ dicta ẽ:basilica decet. quæ qum
uerisimilia sunt:inducunt ẽt nos credere:fanũ:quod nunc sctũs Apl̃s uo-
catur:non tũ tẽpore extitisse:sed post ruinas magni illius tẽpli editũ esse
a pauperculo populo ex fragmentis reliquiisq; magni templi.colũnasq;
pulcherrimas:q̃ in eo nunc sunt erectæ:fuisse ẽt illius tẽpli manifestũ ap
paret. Q uinẽt ex hisce perspicere licet:antiquum episcopiũ fuisse basilicã
Felicis:quã declarauimus:ipsam superioribus priscisq; temporibus exti
tisse tẽplũ Iouis. In quo mortuus ẽ Felix Iunior: ut ẽt dicemus apertius.
sepultus uero in latere orientali eius tẽpli:atq; iccirco de episcopio mu-
tatã esse in basilicã Felicis. Episcopium uero translatũ esse p noua ædifi-
cia:erectũq; ubi erat basilica Paulini:quã monstrauimus:ita ut utraq; ba
silica esset secreta pariete ab altera. quẽ parietẽ Paulinus factis tribus ar-
cubus magnis ape ruit:atq; ex utrisq; basilicis uetere & noua unam effe-
cit:ut ipsemet docet. paries aũt diuidens utrasq; basilicas erat ubi nũc est
paries occiduus tituli.i.s.n.hẽt ab occasu fanũ subterraneũ beati Felicis.
uidet̃ quoq; Paulinus adeo eo opere delectatus:ut in illis arcubus plu-
sculisq; locis carmina depinxerit:decantantia & coniunctionẽ basilica-
rũ mansisse congruentissimam & diuinam:atq; omnibus spectantibus iu
cundam atq; commodam. quæ hæc sunt.

Vt medium nulli pax nostra resoluit Iesus:
Et cruce discidium perimens duo fecit in unum.
Sic noua destructo ueteris discrimine tecti
Culmina conspicimus portarum fœdere iungi.
Sancta nitens famulis interluit atria lymphis
Cantharus:intrãtumq; manusq; lauante ministro.
Plebs gemina Christum Felicis adorat in aula:
Paulus apostolico quam temperat ore sacerdos.

Hi uersus ut eoꝝ autor scribit:erant eregione basilicæ nouæ sup media-
nũ arcũ ac intra ipsam transennã:qua breue illud:quod ppinquas sibi ba
silicas prius discluserat:interuallũ continuabat̃. Q uinẽt hæc binis nota
ta uersibus epigrãmata sup arcus alios dextra leuaq; erãt.

Attonitis noua lux oculis aperitur:& uno
Lumine consistens geminas simul aspicit aulas.

in altero.

Tergeminis geminæ patuerunt arcubus aulæ:
Miranturq; suos per mutua limina cultus.

In eisdem item arcubus a frõte:quæ ad basilicam domini Felicis patebat mediana:hi erant uersus.

Quos deuota fides densis celebrare beatum
Felicem populis diuerso suadet ab ore:
Per triplices aditus laxos infundite cætus.
Atria quamlibet innumeris spaciosa patebunt.
Quæ sociata sibi per apertos comminus arcus
Paulus in æternos antistes dedicat usus.

Super alios arcus hi bini.

Antiqua digresse sacri Felicis ab aula
In noua Felicis culmina transgredere.

Item.

Vna fides trino sub nomine:quæ colit unum:
Vnanimes trino suscipit introitu.

Basilicam beati Paulini habuisse a fronte tres ingressus non solũ idem ip se autor monuit:qum dixit:paries totidẽ ianuis patefactus a latere:quot a fronte ingressus sui foribus noua reserabatur.uerũetiã epigrãmate; qđ super ianuis erat edito monstrauit.quod hoc pacto habet.

Alma domus triplici parte ingredientibus arcum
Testaturq; piam ianua trina fidem.

Basilicã uero Felicis p̱ tres itẽ ianuarũ ingressus adiri nõ monuit Diuus Paulinus:sed ex dictis eius facile est ꝑspicere.Nã ubi dixit paries tribus ianuis patefactus q̃si diatritã speciẽ ab utraq; in utranq; spectantibus ꝑ bet:docuit de tribus ẽt ianuis basilicæ Felicis.Nã qũ basilica Paulini tres contineret porticus uel dicas ædes uel aulas duobus colũnarum ordini bus discriminatas:factisq; tribus arcubus in pariete medio p̱ eos accidit: tres alias aulas conspici ita:ut q fuisset in basilicæ nouæ latere septẽtrio nali:is spectasset uersus meridianã partẽ.trinas aulas:quæ in ipsa basilica erant:& uersus occasum alias trinas:q̃ denoua in ueterẽ basilicã p̱ arcus ꝓtendebant.Eodẽ mõ q mãsisset in latere meridiano basilicæ ueteris:idẽ spectasset uersus arctũ trinas aulas q̃ in ipsa basilica erant:atq; trinas alias ab ortu:q̃ de uetere in nouã basilicã directe porrigebant.hoc.n.pacto est species diatrita uel diatritæa.Illud quoq; ex ea Paulini descriptione basilicarũ cõpertũ est.Nã ubi de oĩbus basilicæ ꝑtibus docuit uel usq; ad sacrariũ & secreta oratoria:nihil de cãpanaria turre & cãpanis meminit qđ indicio ẽ:illius Diui tẽpestate cãpanas aut ullas aut magnas ĩuentas nõ esse.Nã apud Hieronymũ legit quousq; cãpanula in claustro pulsabi tur.Præter hæc aũt:q̃ oĩa sunt hominũ opera & copiarũ potius uires: ẽt aderant in eis basilicis plæraq; alia multo cariora & admirabiliora. Nã ꝑ ter Paulini sanctissimi uiri præsentiã:aderat corpus Beati Felicis Iunio ris:atq; ut dicemus inferius alterius Felicis martyris:aderant ẽt reliquiæ

q̄dã ap̄loꝝ atq; martyrũ:ueluti idẽ autor ſcribendo docuit.quãobrem ni fallor:altaria ea ſub q̄ erant ſacratæ reliquiæ:in eo loco baſilicæ nouæ ex tabant:ubi nũc eſt fanũ ſancti Ap̄li.Poſteritas.n.ubi alia reficere neq̄ſſet: eũ ſaltẽ angulũ baſilicæ nouæ ut uenerabiliorẽ erexit in formã:q̄ nunc ẽ. quæ res qum ita habere uideaẗ:ẽt expoſtulat:ut illa baſilica fuerit antiq tus appellata ſanctoꝝ Ap̄loꝝ & ſancti Ap̄li numero pluratiuo: non aũt unius ap̄li:ut nunc ꝓnunciaẗ.illic.n.ap̄loꝝ nõ aũt apoſtoli unius reliq̄æ ſacratæ ſunt.Q uinẽt aderat inter alia diuina dona pars q̄dã e ligno cru cis:quo munere ſolo impartita urbs Nola cõnumerari põt inter eas or bis partes:q̄ uel fortunatiſſimæ fuere uel deo gratiſſimæ.lignũ igiẗ illud ſanctiſſimum Nolam abſportatũ eſſe a Iudea Hieroſolimaq; et a quo ui ro delatum:& quo in loco ſeruatũ ſit:atq; cũ quibus ſociis:idẽ autor cla rum carmen cantando docet hoc pacto.

Hic pretas:hic alma fides:hic gloria Chriſti:
Hic eſt martyribus crux ſociata ſuis.
Nam crucis e ligno magnum breuis haſtula pignus
Totaq; in exiguo eſt ſemine uita crucis.
Hoc Melani ſanctæ delatum munere Nolam
Summum Hieroſolimæ uenit ab urbe bonum.
Sancta deo geminum uelant altaria honorem
Cum cruce apoſtolicos:quæ ſociant cineres.
Q uam bene iunguntur ligno crucis oſſa piorum:
Procruce ut occiſis in cruce ſit requies.

Ergo in ſacello Apoſtoloꝝ cum eoꝝ reliquiis lignũ crucis ſeruatũ fuit. Q uãobrẽ ſi eiuſmodi reliquiæ in eo loco obrutæ ſunt:p̄ſentia & honore tantarũ reꝝ locus is uenerandiſſimus eſt.ſinuero illæ non ſunt diſperdi tæ obrutæq;:ſed amotæ nihilominus locus ſacer eſt.ꝙ ſacrariũ fuit nõ au ri:ſed magnarũ diuinarũq; rerũ.utrũ aũt obrutæ maneant an amotæ ſur reptæq; fuerint:incertũ eſt.Verũtñ ſi cõiectura uti uellemus:dicere uale remus:eas ſeruatas eſſe uſq; ad nr̄a tẽpora:nec furto ſummotas raptas ue eẽ:aut obrutas latere.Nãq; in ſacrario p̄ſentis epiſcopii cuſtodiẗ manus ex argẽto ad q̄titatẽ naturalẽ effigiata:in q̄ multæ ſacræ reliq̄æ ab anti quo diligentiſſime ſeruanẗ:eas eſſe illas:de q̄bus Paulinus locutus ẽ:ue riſimillimũ ẽ.ferẗ tamen in ea argentea manu incluſam eſſe manum beati Paulini.nãq; cæterum corpus:ubi nã ſit:ignoratur.quamobrem pridie fe ſtũ eius Beati ꝑ urbẽ ferẗ a præſule tũ:qũ fit luſtratio ſacroꝝ.At nihil ue tat manũ Paulini poſteritatẽ cõiũxiſſe cũ illis reliq̄s.Nãq; ſi ſctitate ani mi cũ illis una fuit Paulinus:& corpus cũ corp̄ibus ſociari dignũ uiſũ ẽ. manus aũt argẽtea a cubito extat:hẽtq; mediũ atq; indicẽ digitos erectos iũctosq;:reliquos uero concluſos.Nã ep̄s ea ſpecie manus ſignũ benedi ctionis populo facit ſignando in aere crucem.digiti.n.illi duo erecti iun/

ctiq; indicant gratiã dei cum aĩo hominũ coniunctam.nihil.n.aliud esse uidetᷣ benedictio q̃ cũ hoĩe:dei gratiæ & beneuolentiæ coniunctio.

De reliquis urbis basilicis. Ca. xiii.

CAeterarum basilicanum egregiarum prima est ea:quæ dicata est Diuo Francisco·hæc erecta est in angulo urbis:qui spectat occasum æstiuum sub turre Quinque pontarum. simplex basilica est . habet ædem & cellã. longitudinis uero.cl.fere pedum. latitudinis.xxxv.altitudinis.lxx.eadem a meridie arctum uersus extenditur:frons meridiana:sub qua area magna est.inter eam & alterã areã:q̃ ante regiã panditᷣ ĩtercurrit uia Pottelli . hæret lateri basilicæ occidentali cãpanaria turris atq; dotmitorii ps.sed hæc:q̃ ab arcto: reliq̃q; pars:quæ ab occasu est:ambiunt cauædiũ quadratũ amplũq;.atq; præter hoc ẽt alterũ sequitur paruũ cauædiũ oblongũq;: quo ad pomœriũ urbis internũ pettenditᷣ.inter q̃ cauædia altera pars dormitorii eaq; maiot interiacet.est cauædium quadratũ ꝓprie:ut antiquitus fuisse legitᷣ. subdiũ.n.quadratũ circuncurrunt quattuor porticus testudinatæ. quarũ latera:quæ subdiũ termi nant:ordines colũnarũ sunt cum basibus coroĩs atq; capitellis & arcubus. Verum hoc non cauædiũ uocãt sed inclaustrũ & inclostrum.dormitoriũ ẽ supra primã contignationẽ: lõgus amplusq; locus tecto imbricato opertus:in quo medio curriculum est: cui utrinq; ordo cubiculoꝝ adiacet.singula.n.cubicula singulis sacerdotibus ad dormiendũ manendũq; delegata sũt:tota uero hoꝝ sacerdotũ habitatio monasteriũ sancti Francisci uocatᷣ.sub dormitorio uero atq; a meridie horti sunt pomœrio & uia Portelli atq; atea memotata ambiti.hic sacta faciũt sacerdotes:quos diui Francisci fratres appellant.q; indumenta & uiuendi rõnẽ diui illius sectantᷣ.Altera quinẽt basilica erecta est inter porticũ & portã clausam:cuius latus arcticũ attingit uiã Cortesellanã:q̃ uia hac in parte Clarastella uocatᷣ:ut diximus.hæc aũt basilica antedictæ similli ma est:p̃terq̃ q; cella & tribunali caret.Hæret uero basilicæ cãpanariũ & dormitoriũ cũ cauædio quodã hortisq; amplis ab altis patietibus clausis . dicata est hæc basilica diuæ claræ.sacerdotes sunt uirgines: quas monachas diuæ Clatæ uocant.Angulo p̃terea:quẽ claudunt uia Portelli & uia Scrignarioꝝ adiacet alterum cœnobium uitginum:quod collegium uocant.Est hic dormitorium & horti atq; basilica simplex cum quadam cella & campanario paruo.basilica uero Annunciatæ Mariæ sacra ẽ.sub Angulo uero urbis in quo turris ẽ sc̃ti Spũs:sacellũ ignobile sup̃ioribus tp̃ibus erectũ erat:cui nr̃a tẽpestate additũ ẽ cœnobiũ uirginũ.uetula.n. diues coẽptis aliquot uicinoꝝ domibus monasteriũ mediocre confecit: in quo ipsa prima iniciata cœpit ĩcolere:atq; locũ aliis dare.sacellũ uero

Diui Paulini ubi nam sit:clarũ est.ædes sola est absq; cella.hæret illi ma-
gna domus:quæ nobis pueris hospicium mendicoꝝ solummodo aduen
tantium erat:Hospitale eam ob rem appellatum: & ab ipso tota uicinia
cognominis facta est.nunc uero in cœnobium mutata est.ĩ quo Diui Au
gustini sacerdotes inhabitant.In eo uero sacello quotãnis cærimoniæ at
q; nundinæ agũtur cum pompis spectaculis atq; magistro nundinarum:
ut ĩferius amplius dicet.Q uod diuus is seruitute solutus atq; ab Aphri
ca rediens Nolam secum omnes etiam Nolanos nomine eius liberatos
transuexit:qui capti seruiebant in Aphrica.Nam qum illic cuiusdam pri
cipis holitor foret Paulinus:mira quædam prædixit suo domino.quam-
obrem solutus liberq; factus est:atq; omnibus Nolanis:qui tum in ea ꝓ
uincia seruirent.Nam multi capta Cãpania a Mauris Vãdalisq; ĩ Aphri
cam delati fuerant.petitis donatus est a principe.seruus autem in Aphri
ca fuit:ꝙ eo cũ uidua quadam nauigauit:ut sese dando redimeret illius
filium.qum alias sua omnia petentibus fuisset libẽtissime largitus.redeũ
tem ergo tantum Nolanæ ciuitatis patrem tantũq; de Nolanis beneme-
rentem omni pompa lætitiaq; excæpere Nolani:atq; deinde eundem diẽ
statis pompis:festis:spectaculisq; uenerati sunt:atq; usq; ad nostrã tempe
statem uenerationes sunt factitatæ.idq; a.xvi.Klen.Iulias usq;.x.easdem.
Q uod si in cærimoniis sanctorum legitur memorata die celebrari nata-
lis diui Paulini hoc est eius obitus.Nãq; tum diui & sancti nascuntur:qũ
obeunt.non cogimur:audire pompas & spectacula agi ob natalem diem
beati.quoniam pompas:ut reditus ab Aphrica longe prior fuerat obitu
& natali:ita multo prius ĩcæptum erat:quotannis agi. Q uare potius na
talis dies redactus:confususq; fuit cum die reditus:ut huius diei pompis
etiam natalis celebraretur:ꝗ dies reditus promotus sit ad natalicieẽ diẽ.
fanum quoq; diuo Felici dicatum:iam monstratum ẽ:extare ad sectionẽ:
quæ sub Docana est. uocatur autem Felicis implatea. Verum fanum ip
sum duplex est:alterum.n.est subterraneum inhumũq; depressum:alterũ
uero supra huius testudines erectum.in illud subterraneum alteris scalis
descenditur:ad hoc alteris ascenditur.Et infernũ rudis inanitas est. ĩ qua
pilæ quædam extant testudinem fulcientes.Supernum basilicæ figuram
habet.hærent sacellis his habitacula pauca:ad quæ etiam mendici aduẽ
tantes excipiebantur.atq; iccirco appellatum est hospitale. idem a ciui-
bus uespillonibus regebatur.nunc uero eiectis uespillonibus prohibitis
q; mendicis prouẽtus & usum capit sacerdos unus.huius aũt fani depres
sæ sedes atq; pauimenta indicant:in eis tẽplum antiquum fuisse extructũ.
Verum enimuero hoc ĩ loco scire oportet plures Felices fuisse diuinita
te donatos.fuere namq; duo Felices fratres genere Romani:ambo sacer
dotes atq; citra dignitatem episcopatus idem sub Diocliciano:anno post
dominum Iesum fere trecẽtesimo.horum maior natu a Draco præfecto

urbis Romæ capite mulctatus est:idq; ad mille passus extra Romã: ac i fossa:quã forte illic euulsa arbor fecerat:atq; cũ Adaucto socio obrutus est. Iunior uero ab eodem Draeo uerberibus cæsus est:ac missus ad Circeos:ut illic exilium agens uitã finiret. In quis tum forte locis præfectus erat quidam Probus genere Nolanus. hic igitur Felix incolatum agens: præfecti filiam:qum furens esset:ac uxorem:quæ aqua intercute labora bat:solo nomie iesu liberauit. Probus igit̃ miris hisce cõmotus christianus factus est.atq; exacto magistratu Nolam rediit: Felicẽq; secũ duxit. is uero paucis Nolæ moratus primũ ad tẽplũ Apollinis:quod prope urbem erat:quodq; hodie Cœmeterium dicunt:accessit. uatẽq; Apollinis: q illic uera respondere rogantibus:profitebatur:mendacem arguit.quãobrem tanta cũctis suborta est indignatio:ut statim tẽpore imago Apollinis a populo sacerdotibusq; deiecta sit:ac deinde illic oratoriũ christicolarũ constitutum est.xii.uero anno(tot.n.annos post eius aduentum Nolæ uixit Felix)qum factis sacris populo dedisset pacem. idq; in urbe atq; in templo:non discedens loco obiuit:deo eum uocante non aũt martyrio aliquo:ac in eo templo tumulatus est. Anno uero post hunc quinq gesimo alius Felix illuxit pontifex atq; martyr:qui Roma eiectus ad uillam:quæ cũ sacello erat:secessit.atq; illic capite trũcatus est ab inimicis: ibi dẽq; sepultus.idq;.xvii.Kl.decembres. Legitur quartus micuisse Felix Aquileiensis ac frater Fortunati ẽt sub Diocliciano.amboq; fratres: hi capite truncati fuere.sed alter in Aquileia:alter Vincẽtiæ tumulati sũt. Per eadẽ tempora extitit quintus Felix genere Scyllitanus Cucufati cõciuis & socius.qui iu Gerũda Taraconensis Hispaniæ urbe martyr obiuit. qn etiam per eadem tempora Diocliciani fuit sextus Felix Tubizacẽsis episcopus.is Roma Nolam missus est omni interdictus cibo ac compede ẽt uinctus.naue.n.uectus est.qui qum primum Nolam deductus est: a præfecto urbis capite mulctatus est.idq;.xviiii.Kl.Februarias. Horum itaq; sex diuorum duo corpora Nolæ habentur. Verum qum Iunior ille in tẽplo obiuerit:atq; illic sepultus sit:antiquumq; testimonium dicentium doceat in sacello subterraneo:quod sub choro basilicæ est:manere diui Felicis corpus:censendum est:Iuniorem Felicem illic esse. Atq; ea pro re basilicam Episcopi templum Iouis fuisse licet coniectari. Nanq; ille pacẽ populo dedit factis sacris in templo:quod primum urbis fuisse consentaneum est.primum aũt tum templum primo deorum: qui Iouis erat: sacrum fuisse:nemo ambigit.corpus uero Felicis episcopi ac martyris ignoratur ubi nam sit. In quo si coniecturali ratione rem liceat deiudicare: arbitrandũ est:huius corpus in eodẽ sacello cum Felice Iuniore tumulatũ esse.uulgo.n.& dicitur & creditur Felix martyr illic esse. Quinetiam qm̃ iunior Felix in cœmeterio deturbarat uatẽ Apollinis:eratq; hoc ipsum quoq; facinus magnum cærimoniis illustrandũ:Felix uero martyr.xviiii

K.Februarias obiuerat:eadem dies quasi facta societate utrorũq; festiui/
tate celebratur in cœmeterio.illic.n.ea die multæ cærimoniæ aguntur ac
cedentibus uniuerso Nolano po.atq; circũpositis oppidanis dié testanti
bus & in memoriã reuocantibus cõcursum populoꝝ:qui ea die factus é:
qua diruta est Apollinis imago.Templum aũt duplex:quod in sectione
emporii est:duobus etiã diuis uidetur esse dicatũ.Nãq; a cærimõiis:quæ
xvi.Kl.decembres aguntur illic:dicatio arguitur Felici pontifici ac mar
tyri.at uero q eadem die etiam sacellũ:quod sub choro magnæ basilicæ
est:ornatur:ac in eo cærimoniæ factitantur:uidet̃ esse teplũ Felicis Iu
nioris:aut episcopi martyris.qui sub choro tumulati sunt. Quod si non
ob eandẽ martyrii rõnem.Nam in utrisq; de martyribus dicitur : fit ut in
duobus fanis eadem die eædem cærimoniæ habeantur.erit ut templi du
plicis pars subterranea sit sacellum Felicis episcopi martyris:superna ue
ro Felicis pontificis ac martyris.cui a Nolanis etiam erectum est fanum
atq; dicatum:q̃q̃ Nolæ non sit aut mortuus aut sepultus.cum qua senten
tia concors esse uidetur in epistola Paulinus:qui basilicam:quæ erat:ubi
nunc est chorus episcopii ad Felicem confessorem.i.iuniorẽ rettulit. aut
pars subterranea dicata est Felici sacerdoti martyri fratri maiori natu Fe
licis iunioris.superna uero Felici pontifici. Quæ sicuti complicata sunt:
ita quoq; anticula pictura:quæ in duobus parietibus atrii basilicæ supe/
rioris spectatur:cõposita est e facinoribus miris atq; suppliciis diuersoꝝ
diuoꝝ:non unius Felicis. Illud quoq; ex prædictis claret: neminem eoꝝ
diuoꝝ Nolanum genere fuisse.iunior uero Felix Nolanus uocatus est:q
xii.annis Nolæ uixit.ac Nolæ obiuit:Nolæq; sepultus habetur . atq; ob
hunc unum tum ei:tum pluribus cognominibus diuis cærimoniæ ac sa/
cella Nolæ increuere adeo:ut solorum Nolanorum uideantur credan/
turq; esse diui Felices.Est insuper fanum dño Iesu dicatum: ædes sola est
sine cella:sed turrem campanariam habet.idem spectat ab occasu uerno
aream eandem:quæ ante basilicam diui Francisci patet.regitur aũt a ue/
spillonibus multis:qui nunq̃ mendicis locum dedere.quosq; imitati ue/
spillones diui Ioãnis Baptistæ:mendicis hostia clauserunt.Nãq; illos in q̃/
dã habitacula:q̃ basilicæ hærent:excipiebant.Hæc sunt clariora urbis sa
cella fanaue. ꝑter hæc ẽt plura alia sunt ignobilia:q̃ passim ĩ urbe erecta
sũt.quoꝝ & si aliquoꝝ meminimus enarrãdo uias: cætera referre ñ opus
ẽ.Illud potius meminisse decet:multũ in urbe numerũ basilicarũ atq; sa/
celloꝝ non nisi multũ studiũ Nolanoꝝ erga diuinas cærimonias testari.
idq; non modo orando:sacraq; audiendo:sed ẽt efferendo funera mendi/
cosq; domo lecto & alimẽtis excipiẽdo.Qui mores a Felice iuniore atq;
Paulino urbis epõ introducti esse uident̃.Quippe q Paulinus nõ solum
sua pauperibus libẽter ac mẽdicis largiebat̃.uerũ ẽt ꝓ liberãdo redimẽ/
doq; uiduæ filio:sese in ꝑpetua seruicia intrusit ac dedidit.

Q ua rõne ĩ urbe præsente sint subterranea caua ue sacella. Ca. xiiii.

IN supioribus sæpenumero dictũ est: ĩ basilica maiore: atq; sub choro sacellum esse subterraneũ. itẽ basilicã Apostolorũ ad multos pedes depressam in humũ. Sacellũ ẽt infernũ diui Felicis subterraneum spectari. id ĩquã mirũ quibusdã uideri posse in urbe campestri. præsertim qum solũ aliarũ basilicarum: atq; urbis ipsius: & agroꝝ æqum oẽ esse ubiq; loci comperiatur. sed miri nihil erit: si uetustati hoc ipsum referatur. qua hæc quoq; in solo æquo erant cũ urbe et agris. referatĩq; fabricis urbicis: agrorũq; ĩcrementis. solum. n. urbis altius redactum est ex fabricis atq; ruinis: multisq; aliis: quæ in urbem ad continuum uitæ usum commodũq; inuecta sunt. hæc. n. tantũ illa loca pauimentaq; temploꝝ adaugere potuerũt: q̃tũ uias & domos impleuerũt. siquando domus aliquæ ẽt nũc demissius solũ occupant. aliquæ quoque uilæ sunt demissioribus sedibus prius fuisse: deinde ab ædificiis & ruinis repletæ æquatæq; sunt uiarũ solo. uti nos plærasq; uidimus. Sed tamen nemo passus est: quoad fieri potuit: ut pauimẽta templorum obruerentur omnia: aut ea: quæ magis uidebantur populo ueneranda. Q uamobrẽ depressa: ut erant: semper seruata sunt. Agros quoq; altiores cotidie redditos esse: necesse est. q: a tribus lateribus sunt circundati mõtibus: e quis multa materia deuoluitur excussa depulsaq; a pluuiis: a uentis: a tonitibus: a terremotibus. In quo illud nosse operæ p̃cium est: non solũ agros augeri: sed ẽt aquas certis temporum interuallis ĩ altiore uel alueo fluere: uel strato fundoue iacere. limo. n. tenuissimo uel cõfluente: uel incidente fundum aquæ assidue excrescit: tolliturq;. quam rem aperte cernere licet in Pado limum fluxu multum trahente: qui nõ inter ripas: inter margines aggeresq; fluit. inter quos alueus fluminis lõge altior est: q̃ agroꝝ solũ utrinq; adiacentiũ. Aquæductus quoq; & riui oẽs nisi expurgent̃ statis tp̃ibus aut a cursu & impetu ꝑprio: aut a manu hoĩum: obstruunt̃ ac ĩpediunt̃. Proinde quo nũc solũ urbis abest ab aq̃ puteoꝝ (nã altius ẽ plurimũ. xxv. pedibus) eos cũ altius erat solũ subterraneoꝝ hoꝝ locoꝝ q̃ puteoꝝ aq̃. Q d̃ si solũ aquæ auctũ sit: hoꝝ uero sacelloꝝ pauimenta aucta nusq̃ sint: nihil mirũ ẽt eẽ debet: si sacelloꝝ pauimẽta tã uicia aq̃ nũc sint. aq̃. n. ip̃o ĩferior ẽ octo fere pedibus. subter. n. fũdũ aq̃ excreuit: solo sacelloꝝ nihil supcrescẽte. cõpertũ itaq; eẽ remur: ea sacra loca cæteris uetustate p̃stare: inq; eis tẽpla priscis extitisse tp̃ibus.

Q uæ sit figura ædiũ p̃ntis urbis: & q̃lr earũ pres se hẽant. Ca. xv.

QVa figura quoue modo antiquoꝝ ædes habuerint Nolanorũ: nulla earũ in p̃sentiaꝝ extante: ignoramus. Ne igit̃ posteritas aliquando idẽ desideret: cognoscereq; nequeat: placet hoc in loco illas illarũq; partes scribẽdo rep̃sentare. Aediũ itaq; species aut quatriquetra conspicatur: aut: quod frequẽ

tissimum est:oblongior q̃ lata patet.aedium quinetiam ita habētium q̃dam ac perq̃ pauca inueniuntur:quæ carēt cauædio:quædam uero atq̃ q̃ plurimæ reperiuntur:cauædiū continentes.Quæ uero cauædium amplectuntur:illæ frequentius unū latus eius attingunt.multæ tamen sunt: quæ binis illud lateribus ambiūt.quædam:quæ ternis: rarissimæ omniū offenduntur:quæ undequaq̃ cauædium cingāt.Domus aūt partes:ædiū ue:quæ magno interstitio separantur:sunt hæ.atriū:cella uinaria: equile: conclaue:cubiculū:porticus superior:bibliotheca:penus:nauis:turris:cauædiū atq̃ horti.atrium locus est in solo ipso sedibusq̃ domus: in quem primum p ianuā de uia excipiūt̄ itrantes.hoc sæpius protenditur adusq̃ cauædium:ut lucidius sit:atq̃ ad introducenda utensilia expeditius. idē latitudinis minimæ est decem pedū.maximæ uero.xxv. altitudinis uero xvi.aut plurium ita:ut usq̃ ad.xxxii.pedes interdū tollatur:quousq̃ cōtignationem primam subierit.est aūt latius q̃ ianua.hæc.n.ampla est pedibus quinq̃ aut pluribus.nā usq̃ ad.xii.pedes dilatatur.alta uero tantūdē cum semisse:aut triente:aut quadrante.Contignatio uero atrii frequentissime ex tignis cōstat.raro testudine tegitur.solū uero pauimento stratū est:quod ex calce & paruis pumicibus:quos lapillos uocāt:ac pauca arena conficitur:quod lithostratū seu pumicistratum uolentes dicere Nolani:astracum dicunt:uerbū Græcū sequētes.pumiculi uero hi tū i agro Nolano fodiuntur:qū altius fuerit excauatū:tū in radicibus Gecalæ collis occiduis.ubi quoq̃ arena præstantissima abunde comperitur. quæ argumento sunt:eo℞ colliū imas sedes magna ex parte arenosas pumiculosasq̃ esse: non argilleas:atq̃ aquarū sustentatrices.atriū demū hoc porticum uulgo appellant.In eodē ēt solo equile:quā stallā uocant: ædificat̄. locus oblongius porrectus est: in quo eq muliq̃ ad eqtandū uehendūq̃ curantur.Est cella uinaria oblongior quoq̃:quod ēt cellariū: uerbis illis corruptis in unum hoc ipsum:uocant.in ea seruantur uina doliis ligneis recōdita. sunt aūt eiusmodi dolia uasa rotūda duabusq̃ partibus inter q̃s porriguntur:cōpressa:duploq̃ longiora q̃ lata.longa uero sunt:quantum homo tendere pōt brachia.media in parte patū extumida. structura ex tabellis castaniniis:īterdū quernis tantundē longis:palmo latis:digito altis ad unguem cōmissis:atq̃ utrinq̃ a plurimis circulis ligneis arctātibus perficitur.Quin utraq̃ frons aut cornu:dicas:orbe ex cōpactis asseribꝰ tabulato clusa est.quem orbē tympanū appellant.q̃ speciē tympani p̄sefert.in media uero dolii longitudine foramē ad amplitudinē mali terebratur:p quod īplet̄ uas.illudq̃ cauonē nūcupant.q̃ dolio fabricato cauat̄. Quinēt in altero cornu tympanoue tria duoue foramina parua faciunt: ut in uno eo℞ insito canaliculo uinū(ut lubet)hauriat̄.hoc ipm uas bottē uocant sectantes uocē Græcā:hoc ē magnū cōceptaculū. βου nāq̃ magnitudinē uult significare. ϑίκη uero id:quod rem ipositam ambiendo ca-

pit.ex quibus cōpositum est βουθὼν.butheca.a quo uerbo abscissa ultima remansit buthe:& bothe:& botte mutatione literarū atq; pronunciantis asperitate.Atrio aūt frequētius equile hæret q̄ cella uinaria.hæc.n.strepitus odit.qui & in atrio & in uia fiunt sæpissime.Super his aūt aulis inferioribus prima sternit̄ contignatio ex trabibus castaninis cōstructa raro.n.ifernæ domus ptes testudie operiunt̄. Eq̄ le quinimo: caret paumēto:cella uero creberrimū pauimētat̄. atq; i q̄busdā cellis ēt fouea ad magnitudinē dolii fit:q̄ pauimēto incrustat̄.hisce uero ptibus cauædiū adiacet:in quo plurimū puteus coronat̄.is pluuiaꝝ aquarū nihil suscipit.Nā ad eā:q̄ suapte natura ac subterranea scatet:descēdit. Post cauædiū patēt horti puo dūtaxat pariete exclusi a cauædio: īterdū ps domus īter cauædiū hortosq; interiacet.In eodē q̄nēt solo frequētius & furnus & lauacrū: q̄d cātarū pānoꝝ uocant:ædificat̄.Ab atrio p̄terea cauædioue scalarum gradibus ascendit̄ supra primā cōtignationē:q̄d solariū primū nūcupāt. in hac frequenter conclaue & cubicula sociata struunt̄.conclaue aūt uel Græce dicas tricliniū:salā Nolani uocāt a saltādo.Nā in ea saltare solēt: uel qū nuptiæ fiunt:uel qū cōuiuia paranf.locus est longior duplosq; latus.in altū uero tollit̄:quantū est latus.solet īminere uiæ.atq; ab eo latere fenestris duabus magnis aperiri.unde:q̄ fiant in uia(ut lubet)spectarent.hærent cōclaui cubicula:quas cameras appellant.hæc laudatissima sunt q̄ exacte q̄drata figura cernunt̄.latera.n.singula ad.xxxii.pedes extēdi solēt.singula aūt cubicula singulis alteris ue fenestris illustrant̄. fenestrarū altitudo est sex pedū:latitudo triū.Q uarū podiū non altius tollit̄ q̄ ut ad cingulū nostrū ptingat.conclauis uero fenestræ multo sunt maiores q̄ cubiculoꝝ.interdū cubicula non oīa conclaui hærent:sed eoꝝ unū solūmodo:cui cætera deinceps sūt adiecta:abeoq; ad reliqua trāsit̄: quæ aut serie dirigunt̄:aut primo cuncta hærent cubiculo.habet cōclaue caminū magnū cū foco.cubiculū uero hæc eadē:sed dimidio minora. Hæret quoq; conclaui bibliotheca.locus est cubiculo minor:interdū æqualis.in eo libri in pluteis pendentibus:parietiue affixis pandunt̄.hic cōtēplatur: literariisq; rebus incūbitur:tractaturq;:quod studium uocant. Interdū ēt hæret conclaui porticus superior.huius aut duo latera arcus sūt duntaxat insidentes super pilis columellisue:aut unū latus adapertū est uno duobus ue arcubus:quā logiettā:hoc est scænulā:uocant.scænā.n.logia uocant.q; in ea sedentes sub umbra λόγοι id est sermonē serere solent: & colloqui.tegi consueuit ea porticus cōtignatione laquearibus pulcris hornata.raro uero testudine picta.usus huius ēt est ad captandū lucidiorem ampliorēq; aeris prospectū:atq; auras excipiendas. ædificat̄ quoq; in hac prima contignatione coquina.Illud tñ referre oportet.nam in quibusdam ædibus sunt cœnationes solūmodo:in plurimis uero cœnacula & cœnationes:ubi & amplitudo soli:& animus magnus:atq; diuiciæ cō

ſenſerint.quẽadmodũ ab hoꝝ cõtrariis cõtingit:ut in ædibus plæraqꝫ ex hiſce deſint. Vicina quẽt conclaui manet penuaria cella: quæ ſæpius in cœnatione ſtatuit̃:quã ſpenſam uocant.Prima aũt contignatio ordit̃ ex trabibus caſtaninis paſſim ſup duobus parietibus ſitis: atqꝫ extranſuerſo aſſeribus coaſſatis confixiſqꝫ:atqꝫ his iniecto pauimento pumici ſtrato tegunt̃ conclaue:cubicula:cæteraqꝫ:quæ ſup contignatione erecta ſunt:ab altera contignatione:quæ inferiori ſimilis edi ſolet.interdũ uero ex trabibus ac aſſeribus abſqꝫ pauimentatione conſtruit̃.ſup qua plurimũ unus atqꝫ indiſtinctus locus patet:qui ſup cœnaculis exurgẽtes ẽt habet parietes cũ crebris ac paruis feneſtris.cooperit̃ uero hoc ſupremũ ſpaciũ a pectinato tecto.interdũ a ſemifaſtigiato:ac ĩbricibus iniurias cœli defendẽtibus. Vſui aũt hic locus Nolanis ẽ ad ſtipendas ſeruãdasqꝫ maxime auellanas:quarũ ingens nũc hiſce copia naſcit̃.appellant hunc locũ nauẽ domus: a ſimilitudine lõgæ nauis:q̃ pectinato tegmento ſolet operiri.a Nolanis uero nuncupat̃ uerbo Græco megacenũ auellanarũ.μεγάκενον n.latini interprætant̃ magnũ uacuũ.ẽ.n.hic locus magnus uacuuſqꝫ: ubi merces multæ ſtipari atqꝫ ſeruari poſſunt. Turris aũt rara in ædibus Nolanis extat.ſicuti rara pauimẽta ſubdialia.his.n.aliq ciues loco tecti utunt̃. At uero tertia contignatio oĩum rariſſima in ædibus Nolanis reperit̃. fabricæ aũt Nolanæ non latericiæ:tophaceæ ſunt oẽs.ex cœmentis.n.topheis arena: calceqꝫ corrupta conficiunt̃.Nũerus ædiũ Nolanaꝝ oĩum:quæqꝫ in urbe nunc ſunt:ad ſepties centũ cenſet̃.ſunt inſup ædes eiuſmodi ſemotæ a tabernarũ locis.quod factũ ẽ honeſtioris uitæ cã.non.n.decens eſſe ducunt:ut in eo loco & matronæ & puellæ inhabitent:in quo oĩs ẽ uirorũ conſuetudo.Nãqꝫ tabernæ ac meritoriæ domus ſitæ ſunt in media urbe circa porticũ:circa emporiũ:circa forũ frumentariũ:circa inſulã baſilicæ.cæterũ uero urbis ſolũ ædes occupauere.Quãobrẽ uiroꝝ oĩs cõgreſſus & exercitiũ interdiu agitur in tabernis & in earũ uiis.noctu uero qſqꝫ ubi ſeruauit tabernam:ſuas ad ædes ſe cõfert.Ea uero loca:quæ ſupra tabernas manent aut megacena ſunt non hoĩum habitationes:aut diuerſoriarũ domoꝝ triclinia cubiculaqꝫ.atqꝫ prætoris ẽ:noctu cuſtodire tabernarũ ſolitudinem: circa eas aſſiduas excubias facientis.

Qui fuerintqꝫ ædificando benemeriti ſũt de urbe Nola. Ca. xvi.

OPere pretiũ erit hoc poſtulante loco:ea referre:q̃ a ſuis autoribus in urbe edita ac ædificata ſunt.quiqꝫ illi fuerint:declarare.idqꝫ quantũ aut ſcriptores:aut inſcriptiones:aut relatio:aut præſentia ipſa facti p̃ſtare docereqꝫ poſſunt. Ti.igitur Cæſar tẽplum Auguſto erexiſſe legit̃. Nicola Vrſinus Pyrrhi pater cœnobiũ diui Frãciſci:atqꝫ diuæ Claræ.atqꝫ Collegiũ uirgi

nũ cõdidit. in media uero urbe porticũ fundauit. Arcẽ alii ad Ladislaũ regẽ alii ad Pyrrhũ Vrsinũ Nicolæ filiũ referũt. Raimũdus Vrsinus Pyrrhi filius promurale cũ erismatis fecit. idẽ semiturrẽ: quẽ umbonẽ uocauimus: ante hostiũ arcis externum cõstruxit. oẽs qnẽt uias: quas siliciſtratas eſſe monſtrauimus: abeo planatas eſſe. atq; extra urbẽ ĩ cliuo ipſo collis Gecalæ occiduo baſilicã cũ cœnobio erexit: Diuoq; Angelo dicauit. Vrſus Vrſinus noſtra tẽpeſtate regiã inſtaurare magnificentius aggreſſus dimidiatũ opus expediuit. Nãq; morte pr̃eptus ædificiũ imperfectũ reliquit. Idem areã: quẽ Mercatũ appellari monuimus: ampliorẽ apertioreq; atq; ſpecie quatriquetra reddidit. Carnariũ quoq; : quod ſupioribus tẽporibus in hac area exercebatur: amouit. illudq; incluſit ĩ angiportu: q a uia Portelli diuertitur. ut dictũ eſt. Emporium quinetiã: quod antea arctiſſimum ac uetuſtate nutans erat: inſtaurans amplificauit. Baſilica Epiſcopii incœpta eſt a Raimundo Vrſino memorato: finita uero eſt ab Vrſo atq; Epiſcopo Nolano Ioanne Antonio Tarẽtino. Chorhoſpitæ baſilicæ fabricatæ ſunt ab hoc ipſo Ioanne Antonio Epiſcopo. a quo epiſcopale palatium etiam inſtauratum magnaexparte fuit: atq; aptius diſtinctum. Palatiũ : quod in medio plano Palmæ extat: conditum eſt a Nicola Vrſino Petiliani Nolæq; regulo auoque tuo. in quo Ferdinandus primum: deinde Federicus eius filius reges incolebant: qum eo ad aucupiũ miluorum rapaciumq; auium certamen ſpectandum ſe contuliſſent. Gẽtilis Vrſinus pater tuus columnas earumq; coronas & ſpiras: item latera cuncta pauimẽtumq;: ac teſtudines omnes ſacelli Beati Felicis: quod ſub choro obſtruſum eſt: læuigatis aſſeribus quernis concinne contexit. ac ſacelli eiuſdem totum parietem: qui ſupra altare extat: ſigno marmoreo eleganti adhornauit. In quo principe animus magnus erat illuſtrandi mire factis urbem Nolam adeo: ut frequens ab eius ore uerbum audiretur: ſe omnes de urbe benemeritos ſuperaturum. quod feciſſet profecto: ni ab ĩchoata iuuenilitate febris iniquiſſima uirum tantum euulſiſſet. Baſilicã diui Ioã. Baptiſtæ atq; domini Ieſu ſui cuiuſq; ueſpillones tum ære colla totum legato extruxere. Idem cœnobium fanumq; diui Angeli: quod: ut monitum eſt: ĩ Gecalæ iugo erectum eſt: partim amplificauit: partim elegantius atq; commodius reddidit induſtria: ſtudio: & autoritate ſua Ioannes infantius concionator diuinorum. Q uinetiam omnem cliuum : qui ante templum ipſum ac monaſterium aſſurgit: ductis arcubus atq; teſtudinibus pilisq; oportunis fundatis adeo affabre contexit: ut ab ima eius collis radice gradus rectos longoſq; exciperet deinceps exurgentes: quo uſq; aream: quæ ante templum & monaſterium eſt: ſcanderent. opus magnum pulchrumq;: atq; aſcendentibus faciliimum ſternens iter. atq; uelut eriſma firmiſſimum iugo ſuppoſitum eſt: quo: ne fanũ cœnobiumq; labante cliuo ruinam faciant: tutiſſime ſuſtentantur.

Quæ fora & q̄bus in locis pateāt:atq; q̄ res in eis tractent̄. Ca. xvii.

LOcus iā abs his datus ē:ut pauca de foris referant̄.fora nāq; cōplura exercentur.quoꝝ unū est boariū.quod extra Portellū amplissime patet.in quo armēta:greges& aīalia omne genus uendunt̄.idq; Mercurii quaq; die.q̄ octaua quæq; ē. Nāq; pridie diē Mercurii illucet Martis dies.ac pridie Martis ē Lunæ dies.pridie itē Lunæ Solis dies illucescit:q̄ ēt Dominica nuncupat̄.estq; semp dies festus nefastusq;.at dies postera Mercurii:Iouis dies ē.& huius postera ē Veneris:atq; post hāc ē dies Saturni.qđ Sabbatū uocāt.Alterū aūt foꝝ ē farinariū.qđ emporiū & docana ē.ueꝝ in hoc ipso nō farina solū:sed ēt caseus:oleū:cæra:lana:pāni:coria:ac plæraq; alia uendunt̄.idq; non paulatim libratim ue: sed summatim.hæc oīa Mercuriana die p̄sertim a circūpositis oppidis apportant̄:uendūturq;.farina uero diæ Lunæ atq; Veneris quoq; inuecta foris diuēdit̄. Est tertiū foꝝ frumentariū in cōspectu basilicæ:quē Mercatū appellant.in quo Mercurii die frumētū oē genus uēdit̄.& legumia:& poma:& linū:& q̄cūq; a domo rustica cistis absportare ī urbē pn̄t paganæ mulieres. In hoc aūt foro spira magna q̄dā marmorea sita ē:sup q̄ trabs ēt marmorea q̄drilateraq; trāsuersa iacet.q̄ in trabe excauata sunt oīa mēsuraꝝ publicarū genera.ut uini: frumentoꝝ:auellanaꝝ:cæterorūq; pomoꝝ.ut oēs haꝝ rerū mensuræ:q̄ ex alia materia fabrefiunt:tū ꝓbarent̄:qū hisce illas æquas eē magistratus cōpererit.olei nāq; mensuræ a pondere nō a uasis capacitate accipiūt emendationē.Q uinēt ab alterutro trabis eiusdē eoꝝ magna catena pendet:q̄ collare ferreū ultimo ligat.hic sontes qdā citra dolorē corpis dant pœnas.siquidē nudi atq; eo uincti collari exponunt̄ conspectu & maledictis oīumq; ea die mercandi causa Nolā se cōferunt.exacta uero uendendi hora:q̄ ad inclinationē usq; solis ꝓrogat̄:sontes tāq̄ satis pœnaꝝ eo pacto soluissent:dimittunt̄.Q ui locus pœnaq; uergonia uocat̄.ꝙ sontes assidue auersi faciē in humū uergūt.Est insup foꝝ asserū:qđ eadē die exercet̄ in area:q̄ sub basilica patet Apl̄oꝝ.ī quo trabes:asseres:ac similia noua lignoꝝ rudera.Foꝝ q̄nēt cupedinis patet:sed qđ ī duobus urbis locis atq; cotidie habet̄.alteꝝ.n.ad sacellū diui Paulini:qđ Hospitale ēt appellatū ē.alteꝝ ꝓpe emporiū frequētat̄.ī his manēt cupedinarii oīs gn̄is:ac oīa:q̄ esu apta sunt:uēdunt̄ excæptis pisce ac uiscere.Est laniena eo in loco:quē diximus:atq; in eodē foꝝ ēt piscariū statutū ē.Artes uero utēsiliū in officinis rabernisq;:q̄s apothecas appellāt:exercēt̄:q̄ circa ea fora passim adiacēt:ut dictū ē.Lupanari uero:qđ tanq̄ ꝓstituentium puellarum forum est:locus nullus descriptus est.meretriculis.n.concessum est:ut in diuersoriis domibus solummodo se prostituant:suiq; corporis operam illic:ut lubet:diuendant:

DE.NOLA.LIBER.TERTIVS.

DE.SACRIS.INITIATIS.ET.DIGNITATIBVS.AC.PROVENTV.EORVM.ITEM.DE.BEGINIS.ET.VESPILLONIBVS.NOLANIS. CA. I.

SVPERIORE Volumīe p̄ntis urbis forma structuraq; oīs atq; locoꝝ uiarūq; descriptio:qn ēt ager ac eius partes explicatæ sunt exacte. In hoc aūt tertio:quē mox exaraturi sumus libello referent̄ ciues:atq; eoꝝ mores & actioues.ciues inquā tā ꝓ fanos.q̄ sacris initiatos & addictos. itē tā pricipes p̄sulesq; q̄ q hisce regunt̄:hisq; ob noxii sūt. uerum prius de sacris ibutis:posterius de ꝓfanis enarrabi mus.sunt igit̄ sacerdotū Nolanoꝝ alii ep̄ales:quos clericos p̄sbyterosq; uocant.alii cœnobitæ:quoꝝ hosce monachos & fratres:fœminas uero monachas appellant.clericoꝝ aūt alii sunt cōscripti statutiq; in officio quoad uixerint.nō nulli uero extraordinarii uagant̄.statuti uero sacerdotes ii sunt:q ī chorospitis sedēt: qq; oēs duo sunt atq;.xxx.Q uoꝝ.xx.canonici:duodecim uero numerales appellant̄.canonici sedent in chorospitis superioribus deni quidē in ordine dextro:ac deni in sinistro.numerales uero in sedibus inferioribus sessitāt:seni in latere dextro:atq; seni in latere leuo.Atq; sicuti canonici sede excellunt numerales:ita quoq; in q̄uis re ꝑticipanda p̄ferunt̄.Q uāob rē maiores ꝑtes capiūt & ꝓuētuū & rerū cæteraꝝ:q̄ cōi cōditione ad eos accesserint.Canonicoꝝ qnēt q̄ttuor sūt dignitates Archidiaconus:Thesaurarius:Decanus:& Cātor.Q uoꝝ Decanus & Cātor primi sedēt ī ordine sediū dextraꝝ.Archidiaconus uero ac Thesaurius a latere ep̄i ī ordine leuo.haꝝ dignitatū q̄libet semel cōcessa nusq̄ tollit̄nisi possessor renūciauerit ep̄o.tū igit̄ alter loco renūciātis tāq̄ defuncti ad scribit̄ac admittit̄.sed tn̄ ī locū canonici tā absq; dignitate p̄dictaꝝ aliq̄:q̄ dignitate hornati:ad scribit̄ uel unus e numeralibus:uel aliqs q extra oēm ordinē ep̄i māserit:uel ēt canonicus ad aliquā earū dignitatē attollit̄.Ad numeralis uero sacerdotis locū:ubi mortē cū uita cōmutarit:solūmō recipiunt̄:q extraordinarii sūt.hac.n.spe plæriq; sacris initiati & diaconi gratuiti tēplo seruiūt:quoꝝ nemo aut canonicus ē aut nūeralis.q &si nihil reꝝ clericaliū ꝑticipāt:alūt se tn̄ lucellis:q̄ orōnes faciēdo colligūt:atq; paruis aliis uectigalibus:q̄ ab extraordiariis sacellis ī qbus sacra agūt:capiūt. Q uin ēt p̄ter eas p̄sonas ēt eligit̄ Sacrarius:quē Sacristanū uocāt.q unus e nūeralibus cōputat̄.Sed ea dignitas nō ē illi perēnis.mutat̄.n.ab ep̄o:qū mutādi necessitas aut uolūtas aderit:p̄ter hosce sūt duo ꝓcuratores;atq; q̄sto

res.quorum alter e cãonicis:alter e nũeralibus designat.Neq; eiusmodi q̃stura ppetua manet.quotãnis.n.q̃stores deligunt.Eps aũt:q oium dñs ẽ: primus sedet in choro ac in ordine sediũ leuo superiore.Nã: sedem primam:quæ in ordine dextro est:regulo concessit.Episcopus quinẽt in ædibus habitat:quæ basilicæ cõterminæ structæ sunt. canonici uero atq; cæteri omnes clerici:suæ quisq;(ut lubet)domi.sacrarius aũt solũmodo cũ ministris eius assidue in templo præsens est:ac in aula sacraria corpus curat.Nanq; diluculo primum campana pulsata citantur clerici omnes ad matutinas orationes:inclinãte uero ad occasum sole iterũ campana reuocantur ad orones uespertinas.Nec aliis horis ad templũ clerici se conferre coguntur.Prouentus aũt tam episcopi q̃ cleri colliguntur exagris: aut domibus tabernisue locatis aut tributariis.quaru possessioni successere legatis & testamento defunctorum.Verumtamen separata ẽ possessio ac reditus locorum episcopi ab ea:quæ est cleri.Quãobrẽ prouẽtus cleri in status suos sacerdotes diuiduntur eo pacto:quo singuli canonici tricenis senis aureis quotannis impertiãtur:numeralis uero uicenis quaternis. Nã pter hosce prouentus:quilibet eorum alios hẽt redditus ex aliis extra ordinem possessis sacellis.Episcopi uero aunalis prouentus ad octingẽtenos aureos comsummatur.aureus aũt atq; argenteus pondere pares sunt:sed censu differunt.Nanq; aureo decem argentei æqum cẽsum faciunt. quãobrẽ aureus etiam decatus appellatus ẽ.q; decies argẽteo ualeat. Cœnobitæ aũt distinguntur.Nam alii sunt monachi sectantes beati Augustini statuta.qui in monasterio uiuunt:quod beati Paulini fano hæret.alii uero beati Francisci ordines ac præcepta subeuntes:uitamq; agentes in cœnobiis duobus.quorum alterũ est intra Nolam in angulo:qui est sub Turre Quinquepontarũ:alterũ in iugo Gecalæ collis.Verum hi nudos pedes socculis & soleis duntaxat ligneis muniunt.atq; iterulam pilis asperis cõfectam assidue indutam gerunt.linea omnia tam uestiendo q̃ dormiendo fugientes.Quãobrẽ obseruantes appellantur.illi uero & lineas iterulas iduunt:& i lecto linea sternum:atq; caligas laneas:& calceos crepidasq; quæ e subere corioq; consuuntur:admittunt. conuentualesque uocãtur. Omnes:qui prædicti sunt:hostiatim in urbe mendicant.sed Augustinenses atque Franciscini conuentuales præter mendicamenta etiam uectigalia ex agris ac domibus & tabernis colligunt.obseruãtes uero solis munusculis atque petitis mendicatisque alunt se:possessionibus quibuscunque non solum redditibus abrenunciantes.Cœnobitæ autẽ fœminæ omnes uirgines sunt:atq; intra urbem cœnobia habent.Nam aliæ in monasterio clausæ sunt:quod collegiũ appellari:dictũ est.aliæ in cœnobio diuæ Claræ.Itẽ in sancti Spũs conuentu aliæ.alunt oẽs redditibus atq; lucellis:q̃ suendo filandoq; faciunt.Nec ulla in cœnobiũ prius admittit q̃ decẽtem pecuniæ quãtitatẽ:tanq̃ dotẽ ferat:cœnobioq; largiat. sex itaq;

Nolana cœnobia sunt. Verũtamen ut in monasteriis mariũ cœnobitæ p pauci sũt Nolani:ita fœminæ cœnobitæ maxima ex parte de familiis Nolanis sunt exceptæ. paucissimæ.n. externæ admittuntur.q͞ eo factum est. nãq; monachi fere quotannis cœnobium mutant. fœminæ uero non solũ non mutant monasteriũ:sed quod semel intrauerunt:nusq̃ abeo proficiscuntur foras. Sunt præter hosce umbræ quædam initiatorum ueluti beginæ:seu ut aliis placet dicere:bezeguæ:quos Nolani bizogas uocant. atq͞ ueluti sunt uespillones:quos cõfratres appellant. Nanq; beginæ siue mares siue fœminæ sint:non includũtur. domi.n. quisq; suæ uitã agit. atq; ut profani consuetudinem ineunt. uidentur tamen iniciati.q͞ ex eodẽ pãno indumentis similibusq; prope figura iis: quibus sacerdotes utuntur. atq; statis quibusdam horis ad fanum accedũt ueluti sacerdotes:statasq; quasdam orationes faciunt. item institutiones & leges obseruant: quas potissimũ a cœnobitis diui Francisci accipiunt. hos.n. tanq̃ magistros audiunt & uenerantur. atq; ad eoꝝ fana maxime oraturi accedunt. Vespillones aũt ut fanum propriũ hñt:ita ab orandi temporibus statis:atq; obseruandis alioꝝ sacerdotum præceptis se uendicauerunt. Nanq; profani prorsus sunt:umbræ uero uidentur iniciatorum.q͞ curam quandã subeũt regendi basilicam:quam collato ære cõstruxerunt. atq; efferendoꝝ funerum. adhæc se uinculo iusiurandi mutuo astrinxere ita:ut æq; ac fratres se colerent ac adiuuarent. Q uãobrẽ conuentus eoꝝ:et ueluti familia numerosa appellata est fratraria. Q uinetiam tam hi q̃ beginæ nihil rerũ p uentuũq; quod ad fana spectaret:attingunt:inq; proprium usum aut alimentum abducunt. Sed potius cõtra de suo assidue penu sacculoq; erga basilicã atq; sacerdotes:quos secunt:aliquid effundunt atq; cõferũt.

De sacellis sepulcrisq; priuis:deq; funeribus atq; eis:quæ circa funera tractantur a Nolanis. Ca. ii.

IN crebruit tempestate tam superiore q̃ nostra:ut sicuti in urbe quisque sibi domum condidit:in qua cum familia bene ageret atque uiueret. ita quoque contendat extruere sacellũ cũ sepultura ĩ qua mortuus humaretur honeste cũ suis. Neque eiusmodi sacellũ sepulcrũque extruitur extra urbẽ secundum celebres uias:ut uiatoribus noĩa magna ponentium ostentarẽtur in marmore incisa candido. ueluti priscis seculis cõsuetum fuit. Neq; in excauatis in monte uerruca ue aliqua magnis concameratisque cuniculis:q̃ aliquanto tractu semota sit ab urbe:incauantur sepulcra singulis defunctis:quæ sicuti capsæ longa serie ac sibi hærentes ordinatæ:tũ ĩ dextro tũ in leuo cuniculi latere soloque calle:q̃ ĩ medio ẽ cuniculo relictus:discriminante structa spectãt. Q uãobrem in uisceribus mõtis terræ ue

facta esset ue luti ciuitas defunctorum:atq; tanq̃ per uicinias:ita per cuni
culos tumulatorum iretur.quemadmodum ætas:quæ secuta ē illam pri
scam:fecisse cõperta est.atq; Neapoli atq; Syracusis eiusmodi mortuoꝝ
ciuitates excauatas etiã nunc est cernere: q̃q̃ neq; tẽpestate hac neq; lon
gis anteactis temporibus quisq̃ in eis conditus sit. Verum nostrates sacel
la priua:quas cappellas uocãt:hoc est ædes parum capientes:in basilicis
magnis urbis non in cuniculis struũt.ut in episcopio:in sanctis Aposto
lis:in basilica diui Frãcisci ac cæteris.quasi defunctos sacris initiaros mi
nus deceat:nisi in locis sacris iacere. Sacellũ igitur parieti basilicæ hærẽs
extruitur latum ad octo:decem ue pedes.nanq; factis utrinq; duabus se
mipilis in pariete ipso arcus superincuruatur:qui a solo extat ad. xii. pe
des. Quinetiam eriguntur duæ columellæ singulæ ante singulas semipi
pilas:super quibus testudo uertitur ita: ut cum arcu prædicto eandem
faciat camerationem.deinde super testudine opus fastigiatur ĩ sigilla ima
gunculasq; uel uiroꝝ uel folioꝝ apte se complicãtium. In medio uero sa
cello ara extat longitudine trium:latitudine quattuor pedum hærẽs etiã
parieti.super qua fiunt sacrificia & diuinæ rogationes quædam:quas mis
sas uocant.super ara uero tabula magna erigitur:quæ parietem: quem a
tergo habet:omnem fere tegit.in hac frequetius picta est dei mater sinu
gerens Iesum dominũ ĩfantem:atq; a latere utroq; diuæ matris pingunt
diuoꝝ imagines:quos sacelli dominus maxime colit.hanc tabulam græ
co uerbo econam uocant.in aliquibus uero sacellis non tabula est : sed ĩ
pariete ipso eædem picturæ conspicantur.tegitur itaq; econa & ara atq;
sacerdos:qum sacra in ea facit:a testudinis cameratione.sub ara uero fos
sa alta ad.xvi.pedes cauatur:lata ad.viii.longa ad.x.erismatis undiq; fir
mata atq; subterranea quoq; testudine operitur.fossæ hostium quadratũ
est:laterisq; trinum pedum.quod claudit̃ a mensula marmorea.estq; hoc
ipsum hostium ante aram . lapis autem tegens interdum protensus ē ad
hominis magnitudinem.latus uero pedes tris.atq; insculptus in eo esse so
let sacelli dominus:atq; circa eius imaginem:nomen etiam & laudes inci
duntur.idq; tum præsertim fit:qum uir fuerit uirtute præstanti.hoc itaq;
modo se hẽt sepulcrum domusq; defunctoꝝ atq; sacellum. Qum igitur
quisq̃ ciuium egregius mortem cum uita commutarit:etiam biduo defũ
ctus continetur domi:frequenter die una.pridie uero q̃ exequiæ agant̃:
ad primas faces campana maxima pulsatur.prius quidem ĩ episcopii cã
panaria turre:atq; q̃ uehemẽtissime pcuti potest:ut sonus sit terribilior:
ac tanq̃ pro mortuo clamores etiam campanę mittere uideatur.pulsatur
q; ad ducentos ictus.Post hanc pulsatur altera campana etiam maxima ĩ
campanario diui Francisci ad totidem ictus.modoq; eodem utraq; uicis
sim ter pulsatur:qum defunctus mas fuerit.Nanq; pro fæmina semel atq;
iterum singulæ pulsantur.si uero defũctus fuerit opifex aut non ex ordi

ne meliorum:tum cāpanæ hæ ad quinquagies ſexagieſue ictū accipiūt. interdum non utraq; ſed alterutra duntaxat ictu agitur. Q um uero qui obiit:puer infanſue fuerit:campana parua paucisq; ictibus idq; in altero ſolum campanario auditur.Q uinetiam ſub diluculum poſteræ diei pro primario ſolummodo uiro campanæ eædem ut pridie tractantur. item tertio poſt exortum ſolem:atq; ſub ipſam funeris elationem. Defunctus uero qum domo educendus eſt:in capulo ſtrato culcitra & lodice pulcherrima imponitur ueſtitus eo modo: quo precioſiſſime hornatus fuiſſet uiuens.ſecuntur ipſum mulieres uſq; ad capulum paſſis capillis: lugubri ueſte plorantes plangentesq;.interquas ſiqua uxor fuerit defuncti:ipſa palam reſectis forfice capillis omnibus pectus mariti contegit:ac relinq̄t largiens:ut illos ī ſepulturā rem ſuam uxoris cariſſimam conferat.deinde oſculis poſtremis datis lamentationibusque magnis factis euellit̄ a cadauere:quod amplexa tenet.plorantem illā euellunt magiſtri pompæ ac uiri amici.poſtea filiolæ atq; affines mulieres etiam plorantes defunctum oſculantur.atq; ultimis his officiis actis tollitur capulum humeris quattuor ualidoꝝ iuuenum ueſpillonum: atq; effertur.mulieres ſequi conantes domi retinentur ab aliis amicis.quarum numerus ingēs ad id ea die accurrit.Pompa uero partim præcedit:partim ſequitur funus.p̄cedunt.n.primum libitinarii bini incedentes tacentesq;. ſecuntur hoſce cœnobitæ:poſtremo ſacerdotes epiſcopii bini quoq; ſed cōcinentes pſalmos neniales.eorum uero trium generum ſingula præferūt altam crucē: quam ueluti uexillum comitantur.atq; ſinguli omnium ordinum horum candelam accenſam gerunt.ſecuntur funus primū affines pullati omnes: idem bini gradientes plorant:eis amici cateruatim comitem præſtant.uehitur funus ad baſilicam ſacelli ſui:atque in ea media capulum demittit̄: collocaturque in mediis caſtellaminibus.Caſtellamina aūt ad id extruūtur hoc pacto.erigūtur quattuor tigna ueluti pilæ:ſingula ſenis pedibus alta.quorum bina a reliquis diſtant ſexdenos pedes.binorum uero alteꝝ ab altero pedibus octonis.his inſident quattuor triangula ex tigillis conſtructa:binis tigillis ſingula triangula faſtigiantia angulum.per eorū uero trianguloꝝ latera oīa paſſim candelæ accenſæ eriguntur. ī angulis uero faces extant.hanc itaque ſtructurā fabricāque lignoꝝ ad id temporis paratā:caſtellamina uocant.Defunctus aūt intra ea tenet̄ quouſque diuinæ preces: atque nenia a ſacerdotibus decantāt̄:atque collaudatio facta ſit.ſiquidem īterdum habetur oratio:qua defuncti mores ac uita laudantur in ipſo funeris officio:īterdum uero poſt ipſius humationē. quod magis probatū eſt.quo.n.oratio habetur humatione poſterior:eo magis a ſilentio & hominum obliuione ueluti ad uitam defunctus reuocatur. magiſque amari ac deſiderari uidetur.contra uero qum præſente defuncto oratur:una cum eo humari ac ſepelliri uidetur oratio. Proide Genti

lis Albertinus iuuenis magna eloquentia praeditus biennio post tumulatos luculentissima oratione collaudauit Sigismũdum Alfanum atq; Baldachsarem iudicensem.actis itaq; inferiis neniisq; primum dimittitur ab aeditimis rota lugubritas:quae comitata funus erat:ut domũ redeat.illaq; prius ad defunctum accedit:atq; osculo dato reuertitur domum uersus. Deinde defunctus in arca lignea linteis solis conuolutus includitur atq; in fossa sacelli sui stipat̃:ac tegitur.Illustrioribus uero uiris atq; episcopis & regulis arca fit excauato insculptoq; marmore:quae non in fossam demittit̃:sed erectis quattuor columellis pilisue superponit̃ extans a terra ad sex pedes.in qua ubi defunctus situs ẽ:tegit̃ altero marmore imagine defuncti effigiato.atq; noĩe& laudibus eius inciso.quoq; uero tãta nõ est uel uis uel ambitio:in fossas publicas intrudunt̃:q̃ p reliquã basilicã sunt excauatae.neq; castellaminibus incalescunt:aut collaudationibus illustrant̃.Illi uero q occisi sunt rã repente:ut ne sacra qdẽ a sacerdotibus accipere quirint:extra basilicã humant̃.fit.n.ligone fossa alta ad qnq; sex ue pedes:inquã cadauer absq; põpa & neniis delatum a paucis:sola terra operit̃.est aũt hisce occisis sepelliendis area q̃dã destinata:quã ambit a meridie ala episcopii:aborru uero areola basilicae diui Ioãnis Ba.ea area q̃drilatera patet:cuius singula latera sunt ad q̃dragenos pedes ꝓrensa totaq; sub diuo.appellataq; ẽ olearũ horti.nãq; cõfirãt illic alias fuere oleae: quas nos uidimus.illud quoq; referendũ ẽ.q nãq; sacellũ priuũ sibi suisq; cõdere cupit:eũ oportet:non prius rẽ struere:q̃ mercari locũ a ꝑfectis basilicae:uel e põ:uel sacerdotibus.atq; ꝑterea opus est:tradere aedito sacello agrũ aedesue subdititias redditiasq;:ut ex eis pecunia tanta ualeat exigi:quae iustũ praemiũ orãribus statis horis in eo sacerdotibus esse possit. contingit qñ:ut ea possessio amittat̃:uel qum domini familia extingui tur:uel obscurat̃ adeo:ut nullus haeres appareat.quãobrẽ iterũ a ꝑfecto uendit̃ sacellũ.interdũ uero ipsum haeres uendit.emptor aũt ubi factus ẽ sacelli dñs:statim tempore fossam expurgat eximens & terrã & ossa omniũ eoꝝ:q superiore saeculo illic sepulti fuerint.illaq; plaustris extra urbẽ tanq̃ alteris exequiis efferunt̃:ac in uiis caenosis spargunt̃: ut uiatoribus calcata reddant itinera sicciora.ꝑfecti quoq; basilicarũ uel qũ publicas foueas mundare purgareq; uolunt:aut nouas aliquas excauare purgamina & terrae imista ossa defũctoꝝ eodẽ mõ extra urbẽ eiiciũt:uiatoribusq; sternuũt.ne ita ferente cõditione humana sit aliqs ẽt mortuis qeti locus. utq; hõ aĩaduertat:iter ipm atq; terrã:quã pedibus calcat:nihil interesse. Postq̃ aũt a funere aeditimisq; dimissi sunt filii affinesq; defuncti:domũ se cõferũt sola amicoꝝ turba comitãte.ubi offendũt mẽsas magnas opipare paratas.uicini.n.amiciq; ac affines uarias optimasq; dapes eo praemiserãt.discũbit̃ a cũctis.fiũt colloquia nihil ad defunctũ attinentia.sed ea:q̃ tristes aĩos mitigent ac leuẽt.atq; interim siq sint:q plorẽt:illis cõsolant̃ iit

quibus curæ ē conuiuiū & leuamētū.nā illud:quod dici solet:seruare uel le:uident̄.solatiū in aduersis.familia uero defuncti post humationem triduo biduo ue domi se cōtinet.deinde ad officia quisq; sua foras exit. Sed tñ pater ꝑ filio:atq; filius ꝑparente.itē frater ꝑ fratre:ac patruus auunculusq; ꝑ nepote:& hic ꝑ illis annū lugubris inter hoīes agit:nigrā pallā uestiens.q̄ ubi in collari uicta sit:soluta descendit usq; ad talos tegens oēs corporis partes.quā Gramaliā uocāt.uerbo.n.gramū significatu nouo lugubre significat̄.capitis quoq; tegmen nigrū ē:strophiū uero q̄d capiti intortū gestari deberet:solutū humero pendet.barba q̄nēt ꝑmittit̄: capillos intonsos alit.p id quoq; tp̄s non ridet præ uiribus: non læta loqtur:audit ue.nec ad ea loca accedit:in quibus aut nuptiæ celebrant̄: aut sodalicia agunt̄.Cæteri uero affines p tres menses interdū duos aliq̄ñ minus lugēt.Mulieres aūt domi forisq; lugent.uxor quidē uidua facta ppetuo pullata ē tū nigris uestibus:tū uelis capitis fuscis utens. nisi transierit ad alteras nuptias.Filiæ itē defuncti aut semp:aut usq; quo maritent̄: nigra induunt.cæteræ uero affines aliquot mēses luctū ostendunt uittis tribus sericis nigris rubrisue:pede longis:digito latis:q̄ sub uelo pellucido alboq; ab occipiti p uerticē usq; ad frontē distinctæ locis tendunt̄.

De Familiis præsentis urbis egregiis. Ca.iiii.

NEmo(quæso)me Nolanus accuset. si scribens de familiis Nolanis neq; de oībus neq; de paucis eaꝝ tanq̄ dei illustrioribus mentiōem fecerim.Nāq; si paucas dūtaxat referre uelim:multas alias memorandas honore suo defraudē:necessum est.siquidē p̄ter paucas ēt plæræq; aliæ numerant̄ memoria dignæ familiæ.sin uero oēs censerē:ꝑfecto multas quoq; iniuria q̄dā afficerē.inter oēs.n.plæræq; sunt:quarū nomē est in obscuro.quarūq; qui meminerit dicendo cūctas:is indignas dignis æquas fecisse: existimatur.Eas itaq; censere familias:recte uideor facere:q̄ studiis ingenuis non artibus sordidis aut multū seruicii cōtinentibus incūbentes:alunt se. q̄q; uel mercaturæ studio:uel literis:uel armis utentes clarius cæteris degūt. atq; ad honestū uitæ modū bene beateq; uiuēdū cotidie attollere se: summa ope nitunt̄.In quo nemini quoq; mirū esse uelim:si alicuius familiæ unum alterūq; nominauerim uirū egregiū.atq; hoꝝ causa ēt familiam ex ea perim enotarimq;:quāuis illa tota sordida sit.Siq̄dē bonitatis atq; uirtutis munus hoc ip̄m potissimum est:ut potius a uiro uel modice studioso claroq; familia ignobilis obscuraq; possit illustrari:q̄ lumen uirtutis uiri solius ualeat extingui ab obscuritate familiæ.quasi minima scintilla facilius magnas tenebras:q̄ tenebræ maximæ paruam scintillā uincere atq; superare possint.adde nullā esse familiam ēt nobilissimā: quæ nō ab uno paruoq; aliquo tanq̄ igniculo cœperit illustrari.q; si magnæ gradus fece-

runt a primis inchoantibus:nefas est:de primis non etiam sua merita cõ-
memorare. Neq; hoc in loco mihi negociũ est conferendi laudãdiq; unã
quãq; familiã:uirosq; in eis pcellentes.sed ut dictũ est monendi repræsen
tandiq; duntaxat posteris ciuibus:duos præsentiũ ordinesesse: alterũ ob
scurorũ:clarorũ alterũ.ut illorũ quisq; possit iudicare:quo pacto cõsentiãt
posteriora cũ præsentibus.cernereq; unde nã genus trahat:atq; an recæ-
ptitius sit:an indigena ciuis.& an a seruiciis ad honestos euectus:an a cla
ris ad seruicia degenerarit.quod sũmopere nunc nos cupientes conferre
cũ præteritis præsentia:consequi non possumus. nequimus.n. cõparatio
nẽ facere pſentiũ cũ anteactis sæculis.de familiis.n.ut de plærisq; aliis re-
bus Nolanis nihil a quoq̃ relatũ usq̃ legimus. Verũenimuero recte cen-
suros Nolanas familias:primũ oẽm urbẽ in quatuor partes ueluti tribus
diuisam tueri oportet . quarũ una continet a pomœrio Vicãcii atq; uia
Cortefellana:q oritur a porta clausa procurrente adusq; sectionẽ:quæ sub
sacello beatæ Mariæ nouæ fit.atq; uia:quæ ab hac sectione descẽdit adu
q; turrem Megaldorũ.hæc.n.populi pars Vicancianorũ est.altera conclu
dit a pomœrio Cortefellano atq; uia pcurrẽte a turre Megaldorũ pſectio
nẽ beatæ Mariæ nouæ:atq; p Casalenouũ adusq; pomœrium arcticum.
quæ pars populi Cortefellana est.Tertia cludit itẽ a pomœrio Samue-
litão atq; Casalinouo & uia Cortefellana:q tẽdit a sectiõe btẽ Mariæ no
uæ adusq; Porticũ:atq; a Vicantiana:q pcedit a Porticu adusq; emporiũ:
demũ a ramo uiæ Portelli:qui ab emporio adusq; diui Francisci basilicã
reflectitur.quæ regio Samuelini populi est.Q uarta pars ẽ reliquum ur-
bis:quod claudit ab eodẽ ramo:eadẽq; Vicãciana atq; uia Cortefellana:
q̃ a Porticu ptendit usq; ad portã clausam:atque pomœrio Portelli.quæ
urbis ps Portellãorũ ẽ.In hisce ita factis urbis populiq; ptibus tribubus
ue hæ familiæ meliores tẽpestate nr̃a incolere reperiunt. ❡ Nã in regio
ne Portellana sũt Ferrarii:iter quos Bartholomæus iurepetitus:ac Adria
nus eius filius & iureperitus atque poeta:itẽ Placitus scia iurisutriusque
floruere.Censent Infantii:iter quos Altobellus eques acerrimus extitit:
atque Ioãnes monachus cõcionator diuini uerbi.cuius industria studio-
que multa addita sunt iu tẽplo atque cœnobio diui Angeli : qd i Gecalæ
iugo erectũ ẽ.Antonius quoque huius fraterq; & decanus in e pĩo:atque
epi Vicarius ppetuus uixit.Incolũt Calabrii.quorũ Hieronymus excel-
luit moribus:elegãtia:atque armis nõ mõ in Cãpania:uerũ ẽt apud Insu-
bres.Sũt Coronæ:quos inter Iacobus atque Antõius eius filius arte chi
rurga polluere.cõperiunt Corriales:ex qbus Ioãnes eques micuit. cẽsen
tur Boccalati:inter quos Marcus phũs atque medicus pcelluit. Aloisius
uero Marci filius atque Ioã.Paulus: itẽ Pyrrhus & Frãciscus arma exer-
cuere.& Bernardinus mercaturæ studio pollẽs.Sũt Albertini.ex quibus
Iacobus utriusque iuris peritia excelluit:atque Neapoli regius iudex cõ

oportet.ut controuersiæ cōpescant: q̄ inter negociantes solent excitari. is ergo prima die magnum imperium ostentat. Nam a Regia sumpto uexillo magno reguli exiens ordine longo per urbem totam procedit. primum.n.omnis multitudo paganoꝝ pedes progreditur arma gerentium. quæ turmam peditum in aciem descendentium præsefert. hos secūtur tubicines Tibicinesq; atq; tympanistæ equo sedentes. ac uexillum præcedentes. sequitur hosce uexilliger. is iuuenis ualidus est atq; ex equestri ordine delectus: equo sedet pulcherrimo. quem nunc in hoc nunc in alterum latus agitans: gestat uexillum erectum: qum dextra ac cubito exerto illud fixerit: ubi genu premit equum: atq; dederit: ut eius uelum assidue obuius uentus crebras in undas uerset. Post hūc lictores magistratus pedes secuntur. hosce seqtur ipse magno equo delatus hornatusq; uestibus: gemmis & auro. sceptrumq; dextera tenens. comitantur omnes Nolani ciues: qui equo sequi possunt. tandē facta lustratiōe ad Porticum: quæ p eos dies auleis ac frōdibus hornatur: deuenitur. hic uexillum erigitur super Porticus fastigio. Magister uero solio alto sedens iura cunctis dicit. Septimo uero die ac pridie festum beati Paulini altera fit lustratio. primum.n. agricultores cum falcibus procedunt sequentes tanq̄ uexillū eorum: ingentem ut columnam facem accēsam: spicisq; triticeis redimitam. hæc adeo magna est: ut pondus iniustum sit hoi ferenti. quare in capulo quodam erecta præfertur a pluribus. ex collata pecunia agricultoꝝ confecta est. atq; quotannis augetur non solum reficitur id: quod in lustratione incenditur. quod cæreum uocant. similiter fax alia conficitur ab aliis. quam in hac pompa suam quisq; præmittentes secuntur. deinde ergo sequtur fax holitorum cepis alliisq; corollata: quam secūtur holitores. ac deinceps reliquæ faces opificum. Post hosce incedunt ordines cœnobitaꝝ: ac ordines sacerdotum clericorum. quorum ultimus episcopus est: ferēs manu reliquias apostolorum: ac ligni crucis: quorūdamq; martyrum: ac diui Paulini: easq; in manu argentea clausas. Episcopum comitatur regulus: atq; magister nundinarum: deinde primarii urbis: atq; plebs reliqua: omnes uidelicet pedes incedentes. Postrema uero die nundinarum: quæ festa diui est: præmia cursoribus exponuntur in ipsa porticu pendentia. quæ tria sunt. Primum militares uestes: alterum Scorpio cum pharetra: tertium ensis. conueniunt ergo undique: qui cursu præstant. curriculum est mille & quincentorum passuum. curritur per portam Vicancium. carceres sunt extra urbem ad Candicios: meta est ad Porticum. cursores nudi ac reuinctis capillis certant. horum primo uincenti primum: sequenti alterum: tertio tertium præmium datur. Post hoc currendi certamen primores adolescentuli: qui duodecim annis natu non fuerint maiores. equo insidentes cursu altero certant hastulas gestantes. curritur eadem uia per trecentos passus. carceres sunt extra portam Vican-

cium.meta ad porticum.hic enim in media uiarum sectióe orbis auratus pendet amplus:quem hastula sub axilla dextra firmata directaq; incurrẽtes transfigunt.Transfigentibus crumenæ sericæ donantur. Hæc omnia gradum facere uidentur ad militarem artem non solum ad pompam instruuntur.testátur que apud ueteres horum spectaculorum autores magnam curam fuisse rei militaris:non modo diuini cultus.Quibusq; expeditis magister abdicat se magistratu:domũq; se confert priuata facturus.

De Tributis & Vectigalibus:q̃ in urbe pp̃loq; Nolano fiũt. Ca.viii.

IN urbe Nola tum publica pecunia exigitur:tũ priuata.publicam exigit populus Nolanus.priuatã uero regulus atq; ciuis.Verum ea:quæ publica ẽ Nolanorum etiam in priuatam mutatur.transfertur enim in tributa regia. a rege nanq; iussa est anniuersaria pecunia præ numero ædium:quæ& in urbe sunt:atq; in pagis uillisq; Nolanis palantur.itaq;ut pro singulis ædibus populus iussus sit denos quinos argẽteos soluere.atq; p̃ter hosce singulæ ædes iussæ sunt accipere ab eo modios singulos salis.modius.n.hic: qui & tumulus dicitur:pondo est centum ac decem librarum.atq; pro sale destributo exiguntur argentei quini cum semisse in singulos modios. quamobrem ædes singulæ:quos focos appellãt.uicenos argenteos cum semisse soluere tenentur. Nolanæ uero ædes tum urbanæ tum paganæ quum usq; ad millenarium numerum censeantur:fit ut singulos annos po. Nolanus tributum uicies centenum quinquagenumq; aureum regi pendeat.Verumtamen& si populus numerum pro numero ædium pensurus ẽ:non tñ ea tessera pecuniã colligit:ut paupetes sortes æquas locupletioribus soluant.sed rem cuiq; ita impartitur:ut suũ cuiusq; peculium ac cẽsus est.Quinetiam ne omnis ea summa hauriatur a ciuibus:idixit annuẽte rege atq; regulo quattuor uectigallia rebus quibusdam: quæ publice ueneuntur. quas gabellas appellant uolentes dicere capiellas a capiendo.Eorum unum est super farina:quæ in emporio uenditur. in quo emptor solummodo soluit in singulos tumulos memorati ponderis obolos quosdã: quæ argentei decima est pars. Alterum uectigal indictum ẽ super uino:quod duntaxat in tabernis diuersoriis uenditur.Caupo.n.in singula dolia aureos quaternos soluit.Tertium est supet uiscere totulatim uendendo.lanius.n.pro boue uituloue:aut porco:aut cæterorum quolibet soluit habita tõne eque ac rotulatĩ libratimue fieret solutio.Quartũ est supet eis:quæ sale macerantur:inter quæ ẽt recentes pisces audiunt. in quo uenditor solum soluit præ nũero rotuloꝝ.oĩum hoꝝ uectigalium atq;:distributi salis pecuniam Syndicus & quæstor urbis colligit:idéque ex ea tributum regi nomine Nolanorum pendit.Regulus autem priuatã pecuniã excipit simul per uectigalia quædam:quæ super mercatura

rerum iniecta sunt: simul per redditus agrorum atq; aedium & tabernarum: quas possidet. Vectigalia sex sunt. unum est super statera. nam pro omnibus rebus: quae publice summatim uenduntur pondere: qum statera sint librandae: solutio fit libratori a ueditore. Alterum est super animantibus: quae uenduntur. soluitur pro praecio animantis uenditae. solutio fit ab emptore atq; par a uenditore. quo uectigali soluti sunt Nolani tā emēdo q̄ uendendo. Tertium est: quae Grassa nuncupatur. Nanq; prae absportandis rebus ab urbe aut transigendis per urbem agrum ue Nolanū portorium soluitur a rerum domino. Neq; huic uectigali obnoxius est Nolanus ciuis. Quartum est super iugulandis animalibus: quorum uiscus diuenditur. quod Lanius etiam soluit prae magnitudine animalis: quod iugulat. Quintum est super mensuris frumentorum & leguminum: atq; fructuum: qui in Mercato uenduntur: cui Nolanus ciuis si emptor fuerit nō manet obnoxius. uenditor uero frumentimetrae prae nūero mensurarum soluit. Sextum super pannis: in quo aduena: si in urbe uendiderit: prae uēditorum precio pannorum facit solutionem. Collectio igitur regulinae pecuniae: quae in agris urbeq; Nola quotannis fit: excrescit ad bismillenos atq; quingentenos aureos. Pecunia autem priuata ciuibus exigitur. partim a feudis: partim ab agrorum fructibus. feudum enim est ius quoddam regium: quod habetur in plaerisq; aut aedibus aut tabernis aut agris: aut omnibus his: quorum feudatarii tenentur quotannis tributula quaedam pendere feudi domino. Quod ius nusquā diuiditur: sed integrū semper uenit ad haeredem eum: qui natu fuerit primus. ciues autem: qui feuda non possident: ex agris tabernis ue aut domibus usum fructusq; capiētes: uectigalia faciunt. nemo tamē ciuis Nolanus est uel cum feudo uel sine feudo: qui praeter impensas factas in agris: tantum pecuniarum exigere potest. quod excedere ualeat trecentos aureos.

De Matrimoniis & dotibus. Ca. viiii.

Matrimonia Nolani contrahunt primum per occulta pacta: deide anteq̄ fidē dent sponsi: referūtur ad praesulem: atq; in episcopio audiēte populo publicant. ut si qd forte cōiugiū occulto fuisset patratum: detegeretur. ne ue duo cōiugia cōiungerent. atq; ubi cōpertū fit: nullā adesse fraudē: illud: de quo agit: paucos post dies data fide cōpleret. In quo mulier dotē fert uiro. Cōtra uero uir dono mulierē psequt. Nanq; ob sumptū primū osculū ille mulieri de pecunia sua tantū largitur: quanta est dotis decima. Qui etiam prae honete prolis tollendae: quanta est dotis quarta. Dos autem si parua aut mediocris fuerit: frequenter ex triente utensilia funt: e besse uero nummi: aut domus aut ager: qui nummis sit censu par. si uero magnas

e sextante utensilia sunt:e dextante uero nummi aut prædia.uir uero ue luti accæptæ summæ:quæ fit ex dote constituta & quarta & decima memoratis:obnoxias & obligatas facit possessiões suas:præsertim domos & agros adeo ut illarum usus ipsius sit:mulieris uero hypotheca seu primũ ius.Manet aũt sponsa domi paternæ aliquot menses:interdum usq ad annum uirginitate seruata.exacto uero tempore manendi statuto ad episcopium deducitur a parente cum pompa & sonis.atq illic idem sumpta filiolæ manu:eam uiro tradit:dedit:atq addicit.at is cum accæpta sponsa ad aram accedit ducente sacerdote:& actis illic oratiõibus accæptaq benedictiõe domum uiri:puella cum eadem pompa deducitur.atq illic tũ die tum biduo:interdum triduo nuptiæ celebrantur inter sonos & tripudia & choreas & cantus & opipara amplaq conuiuia.Nam q̃ plurimi ad conuiuia inuitantur:ad tripudia uero & choreas cuiq accedere & intrare licet.hoc pacto Nolani ante prolem gignendam præludũt:ut summo honore & lætitia eos excipiant:quibus sunt senectutem grauem commissuri.summa uero dos adus.q septingẽtenos aureos excrescere : minima uero non infra quinquagenos minui & tenuari solet.Quamobrem ubi tantum auri cum puella transferri uideretur:autore Raimundo Vrsino Nolæ regulo cautum est:edictumq factum:ac a po. Nolano iureiurãdo sancitum:quod hoc pacto habet.Nolano homini a cõterminis populis uxorẽ ducere liceto:in uxorem uero Nolanam puellam mulierem ue ad externos populos mittere non liceto.quod multis annis seruatum est , nostra uero tempestate prope antiquatum.

De spectaculis histrionũ atq ludo equestri. Ca.x.

QVanq̃ per hæc tempora nulla extant amphitheatra:neq uestigia aliqua uidentur eorum:quæ extare potuissent post illa duo:quæ in urbe antiqua(dictum est)mansisse. spectacula tamen quodam modo aguntur:quæ similitudinem & speciem faciunt illorum ludorum antiquoꝝ.siquãdo nunc spectacula redduntur tum personatorum:tum etiam iuuenum ueris armis certantium.atq illi pedes:hi uero equo sedentes rem agunt.Verumtamẽ personatorum spectacula quædam sunt ad ostendenda mysteria religionis.ueluti qum repræsentat̃ resurrectio Domini Iesu:aut qũ Reges tres stella monstrante uiam : uisere natum Iesum.quæ omnia in basilicis solẽt agi.In quibus reddendis peritores extiterunt actores Paulus monachus: Baptista Tangus:Bernardinus Miranda:Bernardus Gratianus & Antonius frater eius:Ioannes Monfortes:Ioãnes Moscarellus:Petrus Paulus eius filius:atq Carulucius Tangus.Quædam uero ad uoluptatẽ apparantur:quæ quoq maxime uaria sunt.neq ipsa hæc in templis:in areis urbis magnis actitant̃:ueluti in foro frumẽtario:ut i area ea:q̃ ẽ ante basilicã diui Frãcisci.atq ante Porticũ:aut ẽt uagãdo p urbem.In his q̃ maxi

me comœdia Atellana introducta eē uidetur.omnia.n.uel choreas & tripudia capiunt:uel iocos & sales habentia:risum crebrerrimo mouent.Peritiores q̄ plurimi etiam in his apparuere histriones.sed præstātissimi omnium tres.Ioannes Gratianus cognomento Rosta.rostam.n.dicunt frustulum assum carnis.erat.n.illius corpusculum rostæ perq̄ simile. Damianus Capuanus.atq; Angelus Massellus Sassius.Is adeo facetus fuit:ut ne moriens quidem iocorum oblitus sit.qum.n.rogaretur:quo nam in templo placeret humari:uoce saneq̄ tenui respondit: in sancto Apostolo: ut sicuti uiuus bene bibi:ita mortuus bibam assidue.erat.n. uini amātissim⁹. in sancto uero Apostolo pauimentum adeo humi depressum est: ut parū absit ab aqua. Proinde qui illic sepulti sunt:fere semper aqua madent. Eorum uero qui equo sedent:spectaculum tanquam equitum certamen est. singuli.n.armantur ubi primum calcaria fuerint calciati:ocreis a talis ad usq; inguina:quarum scinerios:quibus tibiæ: arnisios uero: quibus coxæ teguntur:appellāt.item faleris:quæ a cingulo adusq; genua pendētes ambiunt clunes ac coxas:quasq; faldas uocāt. Tertio semilorica uel semitunica:quæ & brachia & cæterum corpus:quod a collo ad cingulū est: operit.quod fiancale appellant.uerū tam faleræ q̄ semilorica tela q̄dam est ex solis annulis ferreis textilis.Item thorace:manicis:casside: atq; buccula:quam bauieram appellant.Q uinēt humero sinistro ueluti q̄dam ala:quod spallarolum uocant:adiecta est:quæ tegit usquequaq; humerum axillamq; atq; scapulam.habetq; anterius ea ala ueluti paruum scutum:quo & axilla & pectoris pars sinistra tutius armantur. Q uinēt adiicitur fœmorale.hoc.n.est tegmen:quod a cingulo pendens tuet̄ alui sinistram partem atq; coxam.leua.n.ualidius armant̄.q; leuo latere ictus hostis excipiuntur.sūt aūt hæc arma preter faleras atq; semitunicam solido duplicíq; ferro constantia:tersaq;:ac ueluti speculum fulgentia. cassidi quoq; semper assidet crista aliqua aurea argentea ue:ut equitis fert libido.hēt is eques armatus in conflictu turbinatam hastam longam pedibus quattuordecim.cuius citra capulum cauda est longa trium pedum: crassa uero tantum:quantum apte ab axilla astringi possit. ultra capulū uero turbinis ambitus est duum pedum.in cuspide uero summa ambitus est digitoꝝ sex.quinetiam ultra capulum statim affixus est orbis ferreus magnus ac nitidus:qui ubi hastæ cauda sub axilla tenetur:tegit & manū & axillam tenentis.quod schifum uocant.in cuspide uero hastæ spiculū nullum.ea.n.secta est solummodo. Neq; tam longa magnaq; hasta: ubi īclinata in hostem fuerit:posset teneri ab axilla atq; dextera manu: nisi ēt exerctus a thorace eēt ferreus ueluti dens porcinus.hoc.n. tāq̄ unco mutuloue hasta q̄ maxime sustinetur.quem dentem restam appellant. Ascēdit itaq; is armatus equum magnū ac ualidum.atq; eū exeūtē quattuor iuuenes etiam equo sedentes antecedūt:quoꝝ singuli singulas hastas: q̄les

diximus:gerunt erectas:atq; cum comitibus aliis ad curriculum specta-
culumq; graui incessu deuenit.locorum uero certaminis huius alter ex-
tra urbem est in foro Boario:alter itra urbem atq; in ea uia : quæ a facel-
lo Paulini uersus turrē Serignarioq; procurrit.est enim ampla:recta:pla
naq;:cuius solum non cœnosum est:neq; silice stratum. Sed tamē ut i fo-
ro Boario rarissime fit conflictus:ita hoc in loco frequentissime agitur.
In hac autem uia media sepes extruitur altitudinis sexpedum:longitudi
nis uero passuum.xx.contexta ex perticis tenuibus uiridibusq; atq; fron
dosis primum quidem pedatim humi fixis deinde altera iclinatis. quam
telam appellant.conflictus uero fit aut qum duo cōcurrunt uterq; ab al
tero telæ cornu ita:ut concurrentes tela sola mutuo dirigat atq; discrimi
net:aut qum eorum alter ictum excipit expectans in altero cornu telæ:
alter uero abaltero impetum facit.Sæpius tamē eodem i spectaculo idē
alterq; socius omnes incurrentes expectando excipiūt.expectantes ta-
bulerii nuncupantur.qui duo interdum sunt:ut unus eorum semper sit in
spectaculo.licet autem singulis quaterna incurrere:q; quaternæ hastæ fe
runtur a singulis.atq; q; in eo numero omnis uis & equi & equitis experi
tur.Neq; singula paria certantium in singulis spectaculis:sed deinceps q̄
plurima numerantur.accidit itaq; in eo conflictu hastarum cōflactio aut
omnium aut plurium.uerum qui omnes eas frāgit feriendo: is præmiare
fert.ni fuerit:qui hostis cassidem eiusq; frontem feriat:is enim præfertur
cūctis:ubi nemo hostem ab equo feriendo detruserit Nam hic ante om-
nes dignus habitus est.accidit casus : accidit confractio aut brachii aut
tibiæ aut carpitis.accidunt uulnera obsurculos frustaq; fractarum hasta
rum:quæ per cōmissa arma infiguntur ab impetu.accidit iterdum etiam
mors tam a uulnere q̄ a casu.Præmium uero aliquando tela serica est:ali
quando pannus:aliquando annulus aureus.Neq; in conflictum hūc No
lanum milites discendunt:sed iuuenes:qui militarem artem inire cupiūt
paranturq;.appellant autem hunc conflictum giostram debentes dicere
clostram.quippe q; in loco ueluti clauso id genus certaminis agitur. Ex
quibus licet uidere ueluti quasdam umbras antiquarum institutionum:
quibus populus oblectabatur & discebat in amphitheatris. atq; quibus
iuuenes ad ingenium pugnandi erudiebantur.Namq; sicut in scholis pri
mum adolescentes declamando docentur orareut in foro concione uē
apposite dicendo suadere ualerent.Ita in spectaculis iuuenes & equos &
hastā regere atq; arma tolerare ut discūt ita assuescūt:ne in pugna uerio
re ab ignorantia & nouitate facti tardarētur. Verumenimuero mos hic
usq; ad nostra tēpora seruatus:si non per se degenerauit:cæpit tamen cor
rūpi a more alio:qui nuper i Italiā furtim iductus eē uidetur hoc pacto
se habens.In eodē enim curriculo funis e transuerso tenditur.a cuius me
dio pendet bacillus ultimo annulum ferreum continens nō maiorem eo:

quem medius digitus induetet.quam quintanam uocãt. Cutritur igitur ab equite inermi atq; cum haſtula tenui ad tranſfigẽdum eum annulum. tranſfigenti cuiq; datur pecten:aut ſpeculum:aut crumena:aut muſcariũ ſetaceum:ei uero qui equo decidit:nãq; hoc etiã contingit:utriculus quidam mittitur.currunt hic equo ſedentes tam perſonati q̃ non perſonati. atq; in curriculo nulla his tela ſepes ue erigitur.

De cõſuetidine quadã ſacerdotum p̃ſulem uenerantiũ. Cap.xi.

ANtiqus mos Nolæ icrebruit is.ſeptimo enim quoq; Kl.Maias omnes ſacerdotes epiſcopales:quos preſbyteros uocãt: tam qui in urbe q̃ qui in conterminis oppidis imorantur: ad urbem epiſcopumq; ſe conferunt.oppida ueto . quæ ſub præſulatu Nolano ſunt:ſuperius enumerauimus . ueruntamen non licet clericis urbem intrare niſi coronatis:atq; ordine canentibus cum pluſculis tibicinibus.cantus ſunt dei ac ſanctoꝝ hymni.corollæ uero contextæ ſunt e roſis floribuſq; citreis aliiſq; : ſi quos pulcherrimos ea dies producere ſolet.manu quoq; ferẽtibus faſciculos roſarũ affabre cõtextos ac apte diſtinctos.eo itaq; mõ hornati ſacerdotes urbem templumq; epiſcopi ingrediunt̃.ſingulæ uero turmæ eorũ a ſingulis oppidis aduentantes.Deinde ubi omnes in choro cõgregati ſunt:ſingulatim uocãtur ad epiſcopum.Is uero tum ſedet in ſolio quodam alto : quod ſitum eſt ſub parua teſtudine.teſtudo autẽ hæc inter maiorem cellam atq; minorẽ leuam erecta a duabus celumellis atq; pariete tribus arcubus paruis interiacentibus ſuſtentatur.quæq; per folia atq; imagines quaſdã faſtigiatur.Sed hoc ſolium:quod in cella maiore eſſe deberet : expoſitum eſt eo pacto:quo dictum eſt.uocatus igitur ſacerdos de ordine ac turma ſua ſolus ab æde ad cellã & a choro ad epiſcopũ accedit coronatus atq; floribus redimitus.deinde ſolium aſcẽdit ac genu flexo extractaq; capiti corolla Epiſcopum ueneratur.corollãq; ac faſciculos florũ oẽs illi largitur.& exoſculata præſulis manu recedir ad ſuos.atq; eodẽ modo cæterorũ ſinguli uocati accedunt:floridaq; munuſcula ferentes donant.Epiſcopus uero ubi pluſculæ cerollæ fuerint collectæ : dono eas mittit ad primarias urbis matronas.Populus enim oĩs ad hunc ueluti triũphũ ſpectãdum collectus eſt.Inter hoſce uero ſacerdotes unus a Stabiis mittit̃:qui agnũ baiulo portante cõducit.agnus eſt magnus cãdiduſq; atq; cũ cornibus auratis.quẽ ille dono ad præſulẽ ducit:ut alii ſerta roſaſq; largiũtur. facto itaq; eo pacto cenſu ſacerdotũ:cum cõmuni oĩum eorũ cãtu ſacræ rogationes finiunt̃.domũq; cuncti ſuã hilares reuertunt̃.Ea res atq; clericoꝝ quaſi cẽſus uſum baſilicæ antiqũ autoritatẽq; oſtẽdir.p̃tor enim tũ in cella alto loco ſedens iura dicebat populo collecto in æde . No lanoꝝ quoque antiqũ imperiũ in circumpoſita oppida : quod ſuperius monſtratum eſt ; teſtatur . Q uinetiam cærimonias quaſdam Iouis indicare

uidetur:quas Nolæ in tẽplo eius cõtermini populi quotãnis factitabãt. in quibus agnus albus cum auratis cornibus a stabianis mactabatur. au ratum enim agnum Ioui mactari cecinit Apollonius Rhodius in secun do Argonauticorum ab iis:quibus in profugiendo Iuppiter præfuisset. Proinde uidere licet quoq; ex his:Nolanum episcopium non modo tem plum atq; celeberrimum Iouis extitisse:sed etiam Iouis Profugii atq; Fœ dericii. Stabianosq; aliquando profugisse ad Nolanos:atq; Nolanis dedi tos fœdus diditionis percussisse. Nam apud Homerum.iii.Iliados a Me nelao Græcisq; ducibus Ioui mactatur agnus albus:qui seruatores fœde rum iuuaret:male contra puniret eorum trãsgressores atq; ruptores. Ro sarum autem atq; florum serta:fasciculi & glomi lætitiam ac hilaritatem ubiq; testari uolunt.flores enim sunt ueluti gaudia & lætitiæ stirpium. Sunt enim apertiões pulcherrimæ atq; gratissimæ. At uero qui ad domi num præsulemq; suum ueneraturi accedunt:eos primum benignos hila res lætosq; esse atq; gaudia animi præseferre decet.quaobrem ad illud ma ximum indicium Paridis legitur uisse Venus non solum Horis & Gratiis redimita sed etiam rosas manu ferens:ob quas tã læta grataq; uisa est in dici:ut pro rosis palmam reportarit. Seueritas contra atq; tristitia & su perciliorum corrugatio item uacuæ manus & inhornatum caput:quan dam animi auersionem atq; detestationem ostendit & arguit, quæ res q̃ plurimum ab officio uenerantis reputatur aliena.

De altera sacerdotum consuetudine. Ca.xii.

Consuetudo sacerdotum altera ita habet. Paucis enim post memoratam diem coronarum sertorumq; p̃teritis:atq; tum: qum dies illuxit:quod posca rosarum appellatur. Basilicam episcopium fronde atq; floribus spargunt hornantq; sacer dotes.ac inter sacrificandum ex eis unus uasculo arctissimi orificii roseæq; semipleno singulos accedens irrorat.exactis deinde roga tiõibus sacris in spectaculum erigunt populũ hoc pacto.a templo enim pendet porcella uiua:magna:ualida:præcepsque atque tota sepo illita: cuius posteriores pedes ligãtur fune ductario:qui per trocleam templo alligatam fluitat. Nam alteram funis partem trahẽtibus porcella statim extollitur:eisdemque laxantibus & illa humum uersus celerrime ruit.tra hentes autem nõ humi:supra fornicem minoris cellæ dextræ firmantur. Super trabibus tituli quinetiam coassatio quædam asserum contabulat adeo:ut certa contignatio uideatur.in qua paratur copia maxima aquæ: ac ingẽtes cumuli fascium urticarum:stupeorumque glomorum magna multitudo.ut iisce raptores porcellæ defendant. Contra uero ad raptan dam porcellam datur iis:qui in pauimẽto sunt:libertas aditus.iccirco ad

eam capiendam accinguntur iuuenes ualidissimi rusticiq; nudi brachiis coxis & cruribus:quorum capita ceruicalibus conteguntur.quibus non licet accedere pluribus q̄ quinq; aut sex:trahētibus uero uno altero ue licet pluribus esse.permittunt igitur superiores porcellā paulatim defluere usq; ad capita ipsam aggredientium.hi uero primum manu(ut lubet) pedes aures ue illius prahensant:sed qum tenere abducereq; arbitrant: statim tempore a superioribus retracta e manibus tenentium dilabitur. idem uero saltando secuntur ascendentem:iterumq; capiunt detrahuntq; sensim etiam sinentibus superioribus.deinde iterum cogentibus extollūt eam q̄ facillime dilabentem.interea a contignatione aqua infunditur in raptores maior omni pluuia omni nimbo & imbri:Neq; qui fundunt: uideri possunt ab eis:qui in pauimento manent.illinc quoque raptores feriuntur fascibus urticarum:atq; glomis stupeis inflammatis ustulātur tā apte iactis:ut fulminibus uideantur esse percussi.raptores uero tolerant hasce ueluti cœli iniurias maximas:intenti summopere ut porcella potiātur.crebri risus primum cuncto fiunt populo:deinde cachinni: demum etiam conclamationes nunc hosce:nunc illos hortanti. certantes autem tam superni quā inferni non amplius de porcella contendere: sed de robore honoreque:quem populus exclamās polliceri se uincentibus:ostēdit:accenduutur.Quare uis omnis utrinq; colligitur adhibeturq;:pugnaq; uehementissima redintegratur.raptorumq; cernuntur alter super alterius dorso humerisq; scandere:ac sæpe eorum duo super tribus sese summittentibus extare ita:ut cumulus ex eis ueluti mons ex montibus erectus esse uideatur:unde porcellam facillime capere sperant. ueruntamē quo se altius aggerant:eo acrius feriuntur: faciliusq; ueluti uasta moles quassata præcipitantur.hoc itaq; pacto per horam certatur:ac interdum uictoria horum est.rupto:inciso:aut soluto fune:interdū supernoq;. Sed tñ superni uincentes demum porcellam sinunt raptoribus prædari: ubi multum afflictatos e ē senserint.spectaculumq; soluitur.Huius quinimo simile Neapoli factitatur atque in basilica archiepiscopali.quod a plærisq; uicio magno datum est.Quorum unus est Iouianus Pōtanus.is enim in Charonte scripsit.id tractari ab iis:qui ut porci luto gaudent. Nobis uero aliter uisum est:censentibus eum morem uetustissimarum cærimoniarum rationem retinere:bellumque eo illud repræsentari:quod gigantes cum Ioue diisque quondam ausi sunt gerere.ut a poetis fictum est.In quo raptores ualidi rusticique pro gigantibus inducuntur.porcella uero illis obiecta est:ut in eam faciant impetum. quare demonstrātur gigantes:ubi opinantur aggredi cœlum Iouemq; atq; deos:in abiectissimā atq; fœdissimam quadrupedē inuehi.ueluti Sophocleus Aiax: qui qum contemneret deos:atq; aggredi obtruncareq; Agamemnona: Vlixem: ac cæteros Hæroas Græcos:ut pararat:crederet:in boues arietesq; īpetum

fecisse ducitur.aut porcella significat cupiditatem ab oī ratiōe semotam:
quæ in gigantibus imperare credit̄.hanc igitur secuti gigantes in cœlum
impetū facere præsentanrur:dum iuuenes porcellam insultare cernunt̄.
percussi sunt gigantes iaculis cœlo missis:fulmine:hymbre:æstu:frigore.
pro quibus in spectaculo sunt ignescentes globi:aqua:& urticæ a conti-
gnatiōe in tortæ.demum ut iuuenibus saneq̄ attritis afflictisq; sordidum
aīal solūmodo lucro est præq; manibus habet̄.ita gigantibus spe frustra
tis p̄rerq̄ q̄ pœnas maximas dedere:inusta etiā est temere appetendi tur
pitudo atq; infamia.cuius facti simile oībus iis euenire solet:qui nimia at
que ea:quæ supra captum hoīs sunt:consequi:animum inducunt. Nanq;
pro rebus magnis appetitis abiectissimas ac indecoras solūmodo nanci-
scuntur.Q uamobrem spectaculum eiusmodi in honorē Iouis:ac oppro
brium gigantū factitatum esse ætate illa prisca credendū est.idq; intēplo
ipso Ioui dicato maximaq; diligentia & paratum & actum . Q uinetiam
basilicam ipsam episcopi tēplum Iouis fuisse:uel hoc spectaculum indi-
cio maximo est.Christiana uero posteritas:cui semper placuisse uidetur
corrigendo seruare uetusta omniaq; ad usum bonum sanctumq; quātum
licuit:transferre:minus id spectaculū turbauisse.sed potius ut conuenien
tissimum religioni ac populo consuetū & gratū reliquisse.Eo enim signi-
ficat̄ deus optimus maximus ultor tum maloꝝ præsertim superborum
hoīum:ac iniuste raptare honesta nitenteū:tum eoꝝ:qui irato furentiq;
aīo cogitant in cœlos atq; dei sæuire maiestatem.Iouianus uero non om
nino abre rem uicio dedit.Nanq; illud scripsit:dum Neapolitanum spe-
ctaculum cerneret.In quo non solum ea:quæ dicta sunt:superni iaculan
tur in raptores : sed etiam lotium:excrementa:fæces:& omnia quæcun-
que potuerunt suggerere putulenta.

De more quodam adolescentium Nolanorū. Ca.xiii.

QVæ sacerdotum cōsuetudines sint:explicatum iam est.nunc
de quodam adolescentulorum urbanorum more transigen-
dum.a Ianuariis igitur Kalendis adusq; Kalendas Martias
bellum quoddam ciuile Nolani adolescentes gerūt:scilicet
quousq; dies abstinendi a uiscere edēdo:aderint.quæ Q ua-
dragesima nuncupatur.Tres igitur portæ sunt urbis:quibus adolescen-
tes sui cuiusq; addicti bellum gerūt Vicantius:Cortesella:Samuelis.Nā
interdum Vicanciani cum Cortesellanis pugnant:interdum hi cum Sa-
muelitanis.aliquando uero Vicanciani cum Samuelitanis . Locus uero
pugnandi Vicancianis & Cortesellanis totus agger est:qui inter utrasq;
eorum portas extenditur.Cortesellani uero & Samuelitani pugnant in
aggere iteriecto iter eoꝝ portas.At locus pugnæ Vicācianis ac Samue
litanis nō extra urbē atq; in aggere:in urbe ac uia ipsa Vicanciana est:p̄-
sertim sub ipsa porticu:quæ in media urbe erecta est.Pugnatur in aggere

emminus quidem glebis:cespitibus:ac luto:interdum:q̃ irritantur utri que animi:etiam lapidibus.Comminus uero pugnis:cæstu:inuolatu: im pulsu ut de aggere hostem defendãt alterutro aut in fossam aut in hortũ. item raptu:nam adiecta manu aut capillos aut collare capientes rapiunt hostem in humum.Neq̧ silendo manus eiusmodi conferunt:sed cum cla more pugnantes magno:suosque quique hortantes.aliquando uero pu gna æquo marte soluitur:plærũq̧ ab altera uictoria est. Sed tum uiden tur fugientium cadentia multa corpora:atq̧ passim alia super alia corruẽ tia.aliqui quinetiam capiuntur:in quos atq̧ prostratos pugnis quantum lubet:sæuitur.Interdum fugientes refecta acie additoq̧ animo conuertũ tur aduersum uincentes tam acriter:ut illorum impetum sustineant:per fringant:cogantq̧ eos etiam terga dare atq̧ reddere uicem pœne. inter dum uictis nulla spes reficiẽdi aciem restat.Quare quanto maximo cur su possunt: fugiunt: uictor uero acriter instat sequendo adusque por tam aduersam:quam claudere quoq̧ aliquando coguntur:qui uicti sunt. Victores uero tum uerba cantant incontemptum fugiẽtium iclusorũq̧. Sed tamen hoc non diu licet agere.Nanque omnes uiciniæ tum colligũ tur:ac aperta porta in pauciores incurrunt:quos superant:profligant:ac in fugam retrouertunt:insecuntur fugatos adusq̧ portam aduersum. Ea prore raro uincentes adusq̧ portam fugientem insecuntur. In hisce cer taminibus frequenter pugnant adolescentes natu quindecim annorum pluriumque usq̧ ad.xx.Verumtamen utrinque ueniunt spectatum q̃ plu rimi natu maiores.quorum quisque suis fauet:atq̧ qum rem inclinatã ui dent:ineunt pugnam.in quo adeo turgescunt interdum spectantium ani mi:ut etiam senes nihil pudeat:in aciem eam descendere:ac se pugnis ue hementer contundere. Hora uero pugnæ postmeridiana datur. Neque omnes adolescentes ciues ue ad hanc semper pugnam descendunt. sed frequentissime plebei:interdum etiam primarii. Longe autem frequen tius ĩ aggere pugnatur:q̃ in urbe.atque ut rarissime certatur inter Corte sellanos Samuelitanosque:ita creberrimæ maximæque pugnæ commit tuntur inter Vicancianos & Cortesellanos.In quo illud maxime mirum licet spectare. nanque & si uespere pugna maxima pugnatum sit:poste ra omnes amici consuetudinem agunt:qui hesterna tanquam hostes in ter se concurrerant:simulque ridentes egregie facta recensent: ac ualidio res laudantur:uicti uero æquo animo fortunam ferunt.Hic ipse mos ab antiqua profectus esse uidetur institutione.Prisca enim illa ætas omni ra tiõe:qua potuisset:conata iuuenes ad bella ac pugnas euocabat:parabat: instruebat.Hæc enim imago præludiumque quoddam est illius: quæ ar mis pugna certa committitur.Ex quo fides quoque nobis maior sumi tur:non paruam fuisse curam artis militaris apud priscos Nolanos: uelu ti superioribus sæpe iam monstratũ etiam est.

De Vindemia & more quodã paganoꝝ qum uindemiã faciũt. Ca. xiiii.

ARboreta omnia uou uineta Nolaua esse superioribus di
ctum est.eam obrem uindemia fit scalis longissimis plu-
tibusq; arbori admotis.undique enim rami ueluti pro-
missa brachia exerti sunt:quibus malleoli flagellaq; cum
racemis plurimis deorsum luxuriantes sustẽtantur. qua-
ternæ quinæ ue scalæ singulis arboribus admouẽtur. sin
gulis uero scalis singuli racemorum decerptores: quos uidemiatores uo
cant:utuntur. Turba uero horum uaria est.Nam aliquando quiudecim
decerptorum est:aliquando uiginti:&.xxv.ac.xxx.fert quisq; sursum ci-
stam turbinatam cuius basis conus est.suprema pars ampla ac uirgulata.
amplitudo est decẽ palmorum:altitudo pauco minor brachio.habet ca-
pulum quod uimen in semicirculum flexum supra os utrinq; affixum est.
cui longus funis atq; uncus ligneus alligantur . hæc fiscina nuncupatur
a findendo.nanq; qum plena descendit suo cono uites ac ramusculos im-
plicatos findit.aut(ut ait Varro)a ferendo:aut ꝙ contexta uiminibus to
ta est fissilis.fiscinam ergo racemorum plenam manu ueluti facta trroclea
per ductarium finem demittit ab alta arbore uindemiator: atq; altauoce
assidue clamat nuncians fiscinæ descensum.humi uero pueri sunt:quos fi
scinarios uocaut:qui demissas fiscinas capientes in solium inuertunt ex-
templo.racemosq; de fiscina in illud excutiũt.solium uero cupellum a cu
po & capacitate uocant:uel Græcum nomen seruantes κύπελλον nã hoc
est calicis pars:quæ humore impletur.solium autem tres fiscinas capit:fi
scinam uero euacuatam uindemiator sursum iterum per eundem funem
paulatim rettahit.Cupella singulatim capiti imposita defert ad currum
mulier una:uel altera quã cophinariam appellant.currui.n.magnũ soliũ
superpositum est. quod recte uocant labellum Nolani. est enim labrum
& labellum uinarium.curru deinde labellum plenum uuarũ concu lcata
rum ad lacum conuehitur.hæc est Nolana uindemia. At uero uindemia
tores ea die:qua pro quoquam uindemiam faciunt:atq; per totũ uiude-
miæ tempus Baccho deo pleni esse:ac furere prorsus uidentur. Tria.n. p̃
ter oẽm consuetudinẽ modũq; factitaut.esum:uindemiã:clamorem lasci
uientium.singuli.u.tantũ cõmedunt una die:idq; ter:quantum alias quat
tuor hominibus satis esset.q̃etiam celerrimam uindemiam:ac rem oẽm
agunt ridentes: saltantes:currentesq;:qum humi sunt.scalas quoq; alissi-
mas erectasq; altera manu de arbore ad arborẽ assidue facillimeq; trãsse
rũt.Clamor uero captũ oẽm hoĩs superat.atq; q uix audientibus credit.
Nã oĩno furentiũ est.In agro quinẽt in quo uindemiant:semp pudibũda
uindemiãdo iclamãt:obscœnasq; q̃sq; ptes suis noĩbus pnũciãtes.ueneres
uel obscœnissimas se optare exclamãt:eas iactãt:minitant.idq; oĩbus iis;

qui humi ſunt:atq; ob hæc dicta etiam riſitant atq; cachinnatur. Q uod ſi agri dominum dominam ue aut domeſticos horum ſpectarint : Nanq; tota familia ad agrum uindemiãq; ſe conferre ſolet:tum ueluti crabrões irritati ſimul omnes exclamant:atq; certatim efflant:quod cuiq; ueitereũ lubet.reliquos uero aduenientes ad agrum aut forte pertranſeuntes nõ modo his ipſis uerbis excipiunt:ſed etiam omni genere conuiciorum laceſſire gaudent.quod ſi in itinere obuii fuerint uel ciuibus uel hoſpitibus tum conuicia auditu mirabilia inueniunt:atq; contorquent in eos præter iniectas omne genus ueneres. Nec parcũt regulis:magiſtratibus:aliiſue ſummis uiris. Sacerdotibus quoq; præſertim cœnobitis.omniũ furiarum furentiſſimi eadem male obſcœneq; dicta incutiunt:ſicubi uiderint. Neq; ob hæc pœnas ullas ſoluunt:more loci eos abſolutos ferente. Monentem uero:ſiquis eos caſtigare uelit:derident:ac exerta lingua contemnunt,oreq; ipſo in eum oppedunt:pudor nullus:reuerentia omnis deleta eſt in eis.loquendi ſumma licentia atq; arrogantia in promptu eſt. demũ non homines uidentur ſed Satyri ac Bacchi ſacerdotes petulantes:iniurii:laſciuientes:luxuriãtes.Poſtq̃ uero uindemia exacta eſt : omnia ſanãt: obliuioniq; omnem illam obſcœnitatem mandant.modeſtiam amant:eademq; temperantur.pudor eos regit.uerba omnia(ut decet)ob omni obſcœnitate purgata proferuntur.quaſi exhalarit inſania.eundem enim ſpectare eſt honeſte uiuentem:qui nõ ita pridem fuerat maximis correptus inſaniis. V erumtamen hunc ipſum morem inoleuiſſe paganis Nolanis ab orgiis Bacchicis atq; trietericis.ueluti Bacchum ipſum naſcentẽ quot annis atq; uindemia ipſa celebrãtibus.quamobrem modo quodam ſacer habitus eſſe uidetur mos iſce.Ex quo nobis coniectari licet: priſcoq; Nolanorum diligentiam ſummam atq; ſtudium magnum in re agraria extitiſſe.Nanq; ſicuti ruſticis æquo animo tantam libertatem concedentes: uidentur uoluiſſe Bacchum per ſua ſacra coli:excipi atq; doliis cõdi. Ita uites.arbores:arboretaq; ſumma cura atq; diligentia coluiſſe:credũtur. At uero Entice princeps eo iam(ut uides)reuerſi ſumus: unde principium facientes fuimus progreſſi.ab agro enim auſpicati in eundem cunctis : q̃ ad urbem Nolam patriamq; noſtram ſpectarent pertractatis:rediimus. Q uod niſi eadem iterum recenſere uelimus: fas eſt : modum hic atq; finem faciamus.

FINIS.

INDEX.OMNIVM.EORVM:QVAE.PASSIM.IN HOC.OPERE.CONTINENTVR.

LIBRI.SECVNDI.

LIBRI TERTII.

¶Capite. vii. hæc continent.

¶Capite. viii. hæc cõtinent.

¶Capite. ix. hæc habent.

¶Capite. x. hæc cõtinent.

Finis Indicis.

CORRIGENDA.IN.HOC.OPERE.SVNT.HAEC.

Charta.ii.selide.ii.ĩpressum est receptícii.lege.recæpticii
Charta.iiii.selide.ii.ĩpressum est recepti lege recæpti.
Charta.v.selide.i.ĩpressum est cæperint.lege cœperit.& exceptis leg. excæptis.& excepta leg.excæpta.
Char.v.selide.ii.ĩpressum ē pænus. leg.pen⁹.Itē cæperit.leg.cœperit.
Charta.vi.selide.i.ĩpressum est quorum lege quarum. Item presertim leg.præsertim.
Charta.vi.selide.ii. ĩpressum ē tum. lege.tum.
Charta.vii.selide.i.impressum ē fæcunditas lege.fœcunditas item cæ lo.lege cœlo.
Charta.vii.selide.ii.impressum ē rediculum lege ridiculum.
Charta.viii.selide.i.ĩpressum est pænas.lege.pœnas
Charta.viii.selide.ii.ĩpressum est cũ dictione Nolæ.lege cum dictione Nolæ seu Bellæ: Item impressum est fuisset lege fuisse.
Charta.x.selide.ii.impressum est beniuolentia.leg.beneuolentia
Charta.xii.selide.i.ĩpressum est ædítum.leg.editum.
Charta.xii.selide.ii.ĩpressum est facta Victoria.leg.sancta Victoria.
Charta.xiii.selide.ii. impressum est quosq subiuerit.leg.quousq subierit.Itē.que ab aggere.lege.quæ ab aggere.
Charta.xiiii.selide.i. impressum est protensis.leg.protẽsus.Item plueres.lege.plures.
Charta.xv.selide.i.impressum ē existente.lege existunt.
Charta.xv.selide.ii.ĩpressum est corrupte.leg.corrupte.
Charta.xvi.selide.ii.ĩpressum ē Heracleensis.leg.Heracleenses.item Galeuus.leg.Galenus.Item fædat leg.fœdat.Item.ne particula. lege ue particula.
Charta.xvii.selide.i.ĩpressum ē maxima clade.lege.maxime clade.
Charta.xvii.selide.ii.impressum est fædere.leg.fœdere.Item accerscendum lege accersendum.
Charta.xviii.selide.i.impressum est eggregie.lege.egregie.
Charta.xviii. selide.ii.impressum ē recepti.leg.recæpti.Itē ĩpressum ē Gallos auderent.lege.addendo ut Gallos auderent.Duces uero paucos post dies soluti euasere.
Charta.xix.selide.i.ĩpressum est retentioris.lege.recentioris.
Charta.xix.solide.ii.ĩpressum ē representatur.leg.repræsentatur.
Charta.xx.selide.i.ĩpressum est absq lege absq.Item aluissi leg.aluisse. Item multo.lege.multos.
Charta. xx. selide. ii. impressum est IIS.CVLↃↃ.le. HS·CVLↃↃ. Itē Decurionib⁹.leg.Decuriõbus.
Charta.xxi.selide.i.ĩpressum est preter.lege.præter.
Charta.xxiii.selide.i. impressum est occasam lege.occasum.
Charta.xxiiii.selide.i.impressum est seruis connumeratione.lege seruis a connumeratione.Item quantam lege quantum.Item figura Nalani.lege.figura Nolani.

Charta.xxv.felide.i.impressum est felius lege filius.item uidessent. lege uidissent.

Charta.xxvi.fedile.i.ipressum ē luthea.lege lutea.

Charta.xxvi.fedile.ii.impressum est mensio.lege mansio.

Charta.xxviii.fedile.ii.impressum ē quosq.lege quousq;

Charta.xxix.felide.i.impressum est testitudine lege testudine

Charta eadē fedile.ii.ipressū ē hortis iungit lege hortis cingit.itē erigere agressus ē.lege erigere aggressus est.itē tephacei leg.tophacei

Charta.xxx.felide.i.impressum ē pcedens.leg.procedēs.Item testitudinibus leg.testudinibus.

Charta.xxxi.felide.i.impressum est Vincancianā.leg.Vicancianā.Itē pœmerium.leg.pomœriū.Itē alterū fectionē.lege alterā fectionē.itē clandit.lege.claudit;

Charta eadē felide.ii.impressum est presentant.lege.præsentant.

Charta.xxxii.felide.i.ipressum ē.At supra minores ianuas singulæ sunt tectū ibricatū: solū uero lithostratū.ē.fenestræ oblōgæ illis:quas diximus minores: supra qs semifastigiū erigit.leg.At supra minores ianuas singulæ sūt fenestræ oblōgæ illis:qs diximminores:supra quas semifastigiū erigit.tectū imbricatum:solū uero lithostratum est.

Charta.xxxiii.felide.i.ipressum est supra calūnas.lege supra colūnas;

Charta.xxxv.felide.i.ipressum est pertenditur.lege protenditur.

Charta.xxxvi.felide.ii.ipressum est natalicie diē.leg.natalitium diem.

Charta.xxxvii.felide.ii.ipressum est xvi.Kl.lege.xvii.Kl.

Charta.xxxviii.felide.i.ipressum est eos tum.leg.eo tum.

Charta.xxxix.felide.i.ipressum est duplosq.lege.duplo q:

Charta eadē felide.ii.ipressum ē stipēdas.lege stipandas.Itē interpratant.lege interpretant itē cœmētis.lege cæmētis.Itē ipressum serauauit.leg.serauit.itē ipressum ope re pcium.lege operæ preciū.

Charta.xl.felide.ii.ipressum est diæ lege die.Itē ipressum est eiasdem eos.lege eiusdē cornu.Itē ipressū lignorū ruderà.lege lignorum rudera uenduntur.

Charta.xli.felide.i.impressum est in chorospitis.lege in chorhospitis. Itē ipressum est Thesaurius.lege Thesaurarius.

Charta.xlii.felide.i.ipressum est iniciatorū.lege.initiatorū.

Charta eadē felide.ii.ipressum est foset.lege.solet.Itē ipressum.fæmina lege fœmina.

Charta.xliii.felide.ii.ipressum est in quā cadauer.lege in qua cadauer. Itē ædito facello.leg.edito facello item sternuunt.lege sternunt.

Charta.xliiii.felide.ii.impressum est beate.lege beatæ.Item iu templo. lege in templo.

Charta.xlvi.felide.i.ipressum ē.Dātes mercaturā exercēs.lege addendo ut Dantes mercaturā exercēs. Atq alter Felix mercaturæ indulgens.ac Alexander eius frater:qui armis incumbit.itē ipressum ē.Itē Hierardus literis insignitus.lege his addēdo ut.itē Hierardus lite

ris insignitus. Quinēt Ioānes atq; Antonius ei⁹ filius senatores boni.

Charta.xlviii.selide.i.ĩpressum ẽ ꝑdictus lege ꝑditus.itẽ ĩpressum est Ferdericus lege Federicus.Itẽ impressum.Ioā.lege.Ioannes.

Charta eadẽ selide.ii.ĩpressum ẽ.itẽ Angelus & Cōtaren⁹.leg.his addẽdo ut.itẽ Angelus & Cōtarenus arma exercuere.ac Petrus musica ꝑstans.Itẽ ĩpressum est fuit studiosissimus.his adde.atq; Mirabilis senator bonus.Itẽ ĩpressum est.ꝑstāti excellit.adde his.atq; Gaspar:q optime mercaturā settatur.

Charta.il.selide.i.impressum est Iudei.lege Iudæi.

Charta eadẽ selide.ii.ĩpressum ẽ Iudeū.lege Iudæū.itẽ Iudei.lege. Iudæi.itẽ ĩpressum ẽ longo bello habito.lege.longoq; bello gesto.

Charta.l.selide.i.ĩpressum ẽ circumflexa lege.circumflexa.

Charta eadẽ selide.ii.impressum est soectatores.lege.sectatores.

Charta.lii.selide.i.impressum est sumēdis pœnis.leg.ĩ sumēdis pœnis.

Charta eadẽ selide.ii.impressum est auleis.lege.aulæis.

Charta.liii.selide.i.ĩpressum est uectigallia.lege uectigalia.

Charta.liiii.selide.ii.ĩpressum ẽ preter.lege præter.Item ĩpressum est exerctus.lege exertus.

Charta.lv.selide.i.ĩpressum est cæpit.lege cœpit.

Charta.lvi.selide.ii.ĩpressum est accenduuntur.lege accēduntur.

Charta.lviii.selide.ii.impressum est alissimas.lege altissimas.

Finis corrigendorum.

¶ Incussum est hoc opus opera diligentiaq; Probi uiri Ioannis Rubri Vercellani.Venetiis Anno Salutis.M.D.XIIII.Septembris uero die IIII.sub Leonardo Lauredano Duce Sapientissimo.

Registrum.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. Omnes sunt terniōes. k. A. B. uero duerniōes.